

ANDREAS.
BALINTFFY

1. 7. 0. 3.

Ex Libris Pauly ordachy

2002.


16/9

"A" - varians.

1. peld. (teljes)

Bibl. Hung. Janhovichiana
I. ord. 8^{vo}

169



JUS CIVILE,
^{S I V E}
STATUTA, PRIVILEGIA,
PRÆROGATIVÆ QVÆ
^{A C}
CONSVETUDINES MUNICIPALES
REGIÆ AC LIBERÆ CIVITATIS
CASSOVIENSIS,
DE PRÆSENTI & AB ANTIQVO CONTINUO USU
ROBORATÆ & MANUTENTÆ,
PRO RATIONE STATUS CIVIUM,
ET INCOLARUM PRÆFATÆ,
ALIARUM QVÆ
CIVITATUM,
OPPIDORUM, & LOCORUM PRIVILE-
GIATORUM, JUS GLADII HABENTIUM,
ET SE HIS CONFORMANTIUM.

Sub Auspicijs

*Generosorum, Prudentum ac Circumspectorum DD. NN. Judicis &
Senatus, nec - non Tribuni Plebis, Seniorum, & Electæ Communitatis
Juratorum Civium præfate Lib. Regiæq; Civitatis
CASSOVIENSIS*

Ad

BENE VIVENDUM,
ALTERUM NON LÆDENDUM,
SUUM CUIQUE TRIBUENDUM,
accommodatæ.

ET

Novo hoc Sæculo M. D C C I. cum Tractatū de Divisi-
one Bonorum Civilium Fundamento in Re permanente
modificata,

Luci publica data & Typis mandata.

BARTPHÆ, Typis Civitatis impressit Thomas Scholtz.



APOSTROPHE

ad

J U D I C E S.

Jerem. 22. v. 3.

Facite Judicium & Justitiam,

2. Paral. 19. v. 5. & 6.

Videte quid faciatis; non enim hominis exercetis
Judicium, sed DOMINI, & quodcumq; judicaveritis;
in vos redundabit,

Jacobi 2. v. 13.

Judicium finè misericordia illi qui non facit miseri-
cordiam,

Psal. 81. v. 3. & 6.

Ego dixi Dij estis vos, & Filij Altissimi omnes;
DEUS in medio Deorum Deos dijudicabit,

Rom. 13. v. 1.

Qui Potestati resistit, DEI ordinationi resistit.

INSCRIPTIO LIBRI.

Hæc Lex odit, } } amat, } } punit, } } conservat, } } honorat
Nequitiam, } } pacem, } } crimina, } } Jura, } } probos.



GENEROSIS, PRUDENTIBUS, & CIRCUM-
SPECTIS DOMINIS,
DOMINIS,

JUDICI Primario, cæterisq; Senatoribus, nec-non
Tribuno plebis, toti deniq; Communitati Jura-
torum Civium, Regiæ ac Liberæ
Civitatis

CASSOVIENSIS,
DD. & FAUTORIBUS COLENDISSIMIS,
OBSERVANDISSIMIS.

*Salutem & omnem Felicitatem, ab eo, qui est
nostra Salus.*



Aradoxum fortassis cuipiam videbitur, à
tot Sæculis humi serpens & quasi sepul-
tum resuscitare Typisq; mandare præsens
PROMPTUARIUM CIVILE, Tractatus nem-
pè in Corpus Juris Civilis manu ductrices:
ac quia teste codice Sacro, *Nemo accendit*

D E D I C A T I O.

candelam, & ponit eam sub modio, verum ad candelabrum, ut luceat hominibus: Quis inficias ibit è pulvere resuscitari Lazarum? si enim positiva Lex est? legat REX & GREX: si municipalis, tenetque unaquæq; Civitas suum Krytirion, STATUTAQUE condere valet, inveteratâ consuetudine usu roborata, vimq; Legis redolentia, aboleri Lex per impressionem non potest. quin in statum transit perfectiorem: si norma Juris Corporis Civilis, utique non solum gnarus dirigat se, & cognoscat, sed etiam ignarus: peritus erudiatur, & imperitus.

Evidens est mundum DEUM subjecisse Disputationibus Sapientum, aut inquam Procuratorum; Erit igitur norma & quasi forma, ut aberrantes reducat, dubitantes dirigat Judices & Causidicos, mortalibusque innatam Ignorantiam, quæ Juris maximâ innuente Noverca est Justitiæ, procul dispellat.

Alphonsus dicere solebat, optimos esse Consiliarios & Jurisperitos mortuos; non quod Juris & Justitiæ Administratores, sub caliginosa mortis umbra delitescerent; sed Libros intelligendo, qui tacent sine erudita lingua, scientiam juridicamq; Disciplinam ac Orthodoxam Doctrinam veritatis eruente, & ab imagine mortis eos, qui ut mortui jacent quasi vivificant, & ambagibus definitivam eliciente sententiam & determinationem.

Jacebat & Jus Civile tot retroactis Sæculorum decursibus mortuum, solo ferè Judicum & Magistratum conclusum ergastulo, & jaceret fors ad præsens,

si cum

D E D I C A T I O.

si cum Novo Sæculo Emeritorum nonnullorum fidere felici exorientium Industriâ & Promotione anonymorum in publicum non prodiisset Theatrum; & ea Lex, quæ tot Provincias Imperij hætenus feliciter gubernavit, in Extractuali Tractatu nostra tempestate Typis non fuisset mandata.

Et licet exporrectæ Patriæ Leges Civitatum Jura hæc in eo tantum valere, in quo eisdem concordare viderentur, assererent; adiaphorum tamen minus videbitur expressisse, si & receptus Kytonits quartum Executionis Rei superadderet modum, in Regni Legibus non contentum; præsertim, quod hæ Civitates Liberæ Privilegijs piarum recordationum Imperatoriarum Majestatum, Divorumque Hungariæ Regum munificentia, ad normam Juris Corporis Civilis, Legum duntaxat Imperij, sint dotatae, Authoritateque servandi adornatae. Nemo igitur emortuos resuscitari codices (spero) observabit; nisi memoriam sui, (quæ vivat, & in omni ore quasi mel dulcoretur, voveo,) delitescere & mori anhelet.

Ne igitur scripta pereant, aut ij quorum interest descriptione fatigentur, expensasque faciant; Jus hoc Civile hætenus scripto solum comprehensum, Typisque nusquam mandatum, prout reperi, curavi imprimi, & **GENEROSIS, PRUDENTIBUS, ac CIRCUMSPECTIS DD. VV.** tanquam harum octo Lib. ac Reg. Civitatum Capitibus & Primoribus dedico laborem, pro directione non solum suorum Civium, sed & quorumvis Cau-

D E D I C A T I O.

santium profuturum. Si igitur modicum erit in hoc Compendio, ut ex integro in dubiis dirigant se Prætit. DD. VV. Juripeta pariter Consul & Judex recurrant ad fontem Juris Civilis, haurireq; poterunt ad satietatem. Interim hoc modico ad exigentiam Justitiæ quisq; utatur, ut dum beneficio hujus Tractatus Juris Triumphabunt in Judicio coram Tribunali omnis Carnis competentem, quisq; (voveo) recipiat prout gessit in Corpore suo remunerationem. His me Favori & Gratiae AMPLISSIMI MAGISTRATUS demissè immolans maneo

*Generosarum, Prudentum;
& Circumspect. DD. VV.*

Cliens humillimus

Thomas Scholtz, Typogr.
Bartphenfis.

AD

A D L E C T O R E M.

Non comperto est, *Artem & Linguam* quò ulterius excoluntur, in maiorem *Saculus* re-volutis transire perfectionem, *Saculoq;* eruditior *Veterum* reprobari persapè sententiam. Ne igitur mirare *Lector* benevole, si primò nunc sub prælum sumptum *Tractatum Juris Civilis*, præsertim in *hungarismo*, eâ fors quâ nunc *Incolæ Pannoniæ* gaudent nati-vâ impressum non fuisse, aliquosq; fors accentuum aut debite connexionis *Hungaricæ Eloqvientiæ*, multam ab alijs lingvis in se continentis differentiam, *Elocutionisq;* gravitatem *Orthographicos Typo* mandatos esse *Errores*, parce *Typographo*, ea taliter ab antiquis reperienti, suâq; virtute tanquam eâ non callenti nati-vâ imprimenti, Ac siquidem idem dictum, eademq; sententia eleganter & ad amussim contineatur in *Latino*, Ideâ ejusdem utere, aut *Veterum Scriptorum Hungarorum Errata* corrige ad nutum, dumq; altera Editio erit, emendatiori Typo reimprimenda relinque, neq; hanc devotionem *Imprimientis* observa. Valeat interim pro humilibus, Elatiores mente novam expectent.


Et siquidem ipsamet etiam *Fundamenta Juris Civilis* in eo solum valere, in quo *Regni Legibus* concordare viderentur, *Articulus XV. A. 1649.* indigiteret, necdum tamen hæc *Lex à Privilegiatis Locis & Regijs Liberisq;* *Civitatibus* *Articulariter* sublata esset, quin ex eo *Municipalis* diceretur, quod manutenta sit, & in *Legem usuroboratione* transisset absolutam, secundum eamq; à tot

A D L E C T O R E M.

Sæculis sine Contradictione aliquali judicatum exstisset; devotionem & inseruendi Indigenis Regni zelositatem Imprimētis, rogo, bono animo ferre velis, reimprimere correctum paratus, dum expensas suppedita veris, si placet, eme, venale, per Regni Leges uti est approbatum & repertum, ita impressum, dum nova Constitutiones cudentur, nova Impressioni stimulus & calcar additur; In ea interim Lege acquiesce, quæ posita est, si hæc Civilis non sufficit tibi, sequere Regni, non plures Leges, sed voluntas conformandi se ad Leges positas requiritur: una Lege Natura totum comprehendente: (declina à malo & fac bonum,) est multis Sæculis benè victum, si obseruaueris eam à DEI Nemesis, Politicorum obseruatione, vulgi opinione sinistra, pænâ Judicium & Executione sententia te præseruabis. His omnem, Lectori, precatur felicitatem



Typographus.



DE
LIBERTATIBUS
CIVITATUM.

AZ
VAROSOKNAK
SZABADSAGOK.

CAPUT I.

De Electione Centum Personarum, ac Judicis & Juratorum, & de judicio fi-
endo in hebdomada.



*Nie omnia, & Electio-
nem Judicis, & jurato-
rum Civium, Centum
Personae eligantur ido-
nea, de omnibus Offi-
cijs. Item: quod libe-*

*ram habeant Electionem e medio eoru
quem voluerint in Judicem eligere;
qui Judicatum post Anni revolutionem
in manus Centum personarum teneatur
resignare. Item: quod Judicium sit
duabus diebus in qualibet Septimana;
die Martis & Veneris, die vero Jovis
intercedit supplicatoria.*

CAPUT. II.

**De Electione Judicis, vita,
moribus, & honestate judicum &
Juratorum Civium.**

*Item: quod Judex & Jurati per Anni
circulum constituendus una cum Ju-
ratis eligi & erigi debeant.*

Item:

I. RESZ.

*A' Kösség, Biró és Polgarok vá-
lasztásáról, és minden hétben
a' Törvénynek kiszolgál-
tatásáról.*



*Indenek előtte, az Bi-
ró és Tanácsbéliek vá-
lasztása előtt; száz il-
lendő személy min-
den Tisztekből választás-
sék-el. Ismét, szá-
bad választások legyen azok köz-
zül a' kit akarnának Biróvá választani,
a' ki Biróságot Észendő mul-
va, a' Kösségnek kezébe adgya-
Ismét: hogy a' Törvények folyása
minden hétben két nap szolgáltat-
sék ki, úgy mint Kedden, és Pénteken,
Törtörtökön pedig suppli-
cans nap foly közben.*

II. RESZ.

*A' Birónak választásáról, és an-
nak erköltsiről életéről, és az Eskötek-
nek Polgaroknak tífességéről.*

*Item: Hogy a' Biró és Esköttek
Észendeig állattattnak és választattnak
a' Kösségből.*

A

A' Biró

Item: Quod Iudex & Jurati eligantur devoti & bona fama, in omnibus moribus & factis compositi, Deum habentes pra oculis suis. Iudicium faciant cum honore DEI, causas discutientes cum magno honore, & reverentia, non cum derisione, ut unicuique secundum suos excessus causarum, meram & condignam justitiam impendere valeant, non sint honoribus amissi, proditores suorum fratrum, aut proditores rerum innocentium, pro blandimento suarum susurrationum nequitiosarum, non detractores & derisores utriusque sexus, non perjuri Ecclesiam turbantes, non detrahentes honorem Spiritualibus & secularibus, non reprobi, palpantes indefinenter verbis & factis iniqua & inhonesta, imò nec tales consimiles ad consilium intromitti debent.

nem méltók, hogy a' Törvény ítélőszékben üllyenek avagy legyenek.

CAPUT III.

De Electione Plebani per Cives & non per Dominum terrestrem.

Item: Quod liberam habeant electionem Plebani quem volunt, dum Ecclesia eorum Parochialis caruerit Plebano.

CAPUT IV.

Quod violentus descensus Dominorum non fiat super ipsos Cives.

A' Biró jó maga viselő jó és fegyveretlen legyen. Istenféltő, Pólgártársai legyenek kik Istent leg kíváltképen tükörről mindenkor tartsák, és az ítéletet nagy félelemmel viselleyék, a' kik törvény szerint dolgokat forgassák előtök, azoknak Isten szerint való személy válogatás nélkül Deliberatiót prononciálnak. Magok tisztességét előtök viselvén és betsületeket, felebarátjának igaz causáját hamisra ne fordítsák, igaz lelki esmérőcük legyenek, az Anyaszentegyháznak Pásztorit nagy bősületben tartsák, és azokat mód nélkül ne háborgassák, hanem szentül és fegyveretlenül, mind beszédiben mind penig tselekedetiben éllyenek, és a' kik külömben tselekesznek, olyanok

III RÉSZ.


Az Plebánust nem a' földes Ur hanem Városbéli Polgárok választják.

A' Szabad Király Városoknak, szabad választások vagyona' Plebanus választásra, valamellyeket akarják, ha Ecclesiájok vacálna.

IV. RÉSZ.

A' földes Urnak hatalmáról az Városbéliéken.

Sem-



Item: Quod nullus Dominorum super eos violentum descensum facere possit contra eorum voluntatem; & descendens ab eis nihil violenter accipere possit aut valeat, sed iusto pretio necessaria comparet.

CAPUT V.

De illis qui sunt acceptandi in consortium Civitatis & qui non.

Item: Quod nemo acceptetur in Civile consortium eorum, nisi sit Pater, familias & bona fama. Et quicumque cum eis habitare voluerit, tam in prosperis quam in adversis contribuere tenetur, & cum eisdem debita servitia exercere.

rentsétlen állapattában egygyer érteni szolgálni.

CAPUT VI.

De acceptandis personis pro testimonio inter Cives, & quod duellum non iudicetur.

Item: Quod nullum Testimonium extraneum in medio eorum acceptetur, nisi ex ipsis aut alijs consimilem habentem libertatem. Item: quod duellum inter eos nequaquam iudicetur, sed juxta qualitatem causæ se suis juramentis purgabit.

mutatodik,

SEmmi úton a' földes Urnak hatalma nincsen a' városbélieken, az ő akarattok ellen és semmitőlök hatalmasúl el nem idegeníthet, hanem illendő árral, meg-szerezhet az mi szükségesek.

V. RESZ.

Azokról a' kiket a' Város bévégyen társaságok közé, és kiket nem vészenbe.

SEnkit a' Város Társaságában bé nem vészen, hanem ha nemzetét levélel, avagy élő jámbor személyekkel bizonyítja meg, hogy igaz ágyból való származott légyen, és a' ki az ő társaságokban akar lakni, tartozzék a' Várossal, mind jó és sze-

VI. RESZ.

A' Város semmi idegen bizonyságot bé nem vészen, és a' hadakozás (fegyverre egymás ki-hívás) meg nem ítélik.

HOgy az idegen bizonyságokat semmiképpen bé nem vészik, hanem a' magok között való, avagy az kiknek egyenlő szabadságok vagy. Item: Egymás között való őszve vészést meg nem ítélnék, hanem a' dolog a' mint közöttök ki hit választja-el őket egymástól.

CAPUT VII.

Delibertate testādi, quamvis absq; hæredum solatio decedat.

Item: Si quis ex ipsis sine hæredum solatio decesserit, de rebus suis mobilibus & immobilibus liberam habet facultatem legandi cui vellet secundum arbitrium.

CAPUT VIII.

De divisione bonorum illorum qui sine hæredibus intestati decedunt.

Item: Si quis ex ipsis sine hæredum solatio decesserit intestatus, talium res & bona per Iudicem & juratos Civiles pro tempore constitutos in tres æquales partes dividantur, quarum una pars in Eleemosynas pauperum videlicet orphanorum erogetur. Secunda pars pro edificatione Ecclesiæ conscientiosè administretur. Tertia verò pars pro reparatione murorum ipsius Civitatis conferretur, & debitoribus.

falainak építésére, és az adóssok megfizetésére.

CAPUT IX.

Delibertate fori, & de violentia non fienda per Officiales.

Item: Quod forum quotidianum liberum in medio eorum absq; violentia
Offici.

VII. RESZ.

A Testamentom szabad tételről, ha szintén maradéki nélkül vagyon-is.

Valaki közülök Testamentomot akar tenni, és ha szintén maradéki nem volpának-is, szabad véle valakinek akar testálni, az ő maga akarattya szerént.

VIII. RESZ.


Az javok megosztásáról az ki maradékok, és Testamentom nélkül múlnak ki.

Hogy ha valaki az Városbéliék közül, magtalan és testamentum nélkül meg-hal, annak javokat Bíró és Polgárok által három részre kel osztani igazán, és egyenlőképen, annak egyik része a Spítálnak lévő szegényeknek táplálásokra, az második része az Ecclesiának épületekre, jó lelki ísmérettel deputáltassék. Az harmadik részt pedig fordítsák a Városnak megromlott kö-

IX. RESZ.

A Város piacának szabadságáról és a tiszteviselők hatalom megnevezéséről.

Hogy a piacon mindennapi vásárbá a tiszteviselők hatalmat ne tsele,



*Officialium celebretur. Circa dicta Ci-
uitatis & forenses cum mercibus & re-
bus suis quibuscumq; universalium libe-
ri sint & existant, ne dicti Officiales aut
nostri dispensatores presentes & in futu-
rum constituti bona & res ipsorum Ci-
vium & forensium non solum foro, sed
etiam in vicis & plateis aut domibus u-
bicumq; existentes nostram ad rationem
recipere auferre & auferri facere ne-
quaquam possint & valeant sine iusto
pretio prius persoluto. Et si ydem Offi-
ciales dispensatores transgredi attentare
presumpserint, extunc Iudex cum Ju-
ratis & electis personis inhibere valeant
& possint, nostra in hac parte eisdem
attributa facultate.*

CAPUT X.

De Nundinarum liber- tatibus.

*Item: Quod descendentes & ascen-
dentes cum navibus & curribus non
in minori Pest, sed in Civitate Budensi
condescendant tempore fori.*

CAPUT XI.

*De Testamento non judi-
cando in foro Ecclesiastico, sed tan-
tum ea quæ concernunt pias
causas.*

*Item: Nullum Testamentum inter ipsos
pro amicis & fratribus consanguineis
& proximis factum, in foro Ecel. siastico
judicetur, sed solum ea quæ concernunt
pias*

tselekedgyenek, mindennemű ap-
rólikor a' vásárban mind a' Város-
ban lévők s' mind pedig a' kívül va-
lók szabadon adhasanak és ve-
hesenek, a' vásár Birák pedig, senkit,
sem városbélleket, sem pedig a' kü-
vül valókat, sem piaczon, sem utzá-
kon meg ne háborgassák, felettéb
való rovással és illetlen fizetéssel ne
bántsák, és mellyet senki számára
semmit, pénz és fizetés nélkül ne
vegyenek, ha pedig ez ellen tsele-
kednének, tehát akkori Bíró a' Vá-
rosban a' tiszt-vífelőket meg. bűn-
tesse érdemek szerint, mint a' kik az
edictum és a' piacznak szabadsága
ellen vétetrenek,

X. RESZ.

*A' Sokadalmoknak szabadsá-
gokról.*

VAlakik vagy fel vagy alá men-
nek vagy hajón avagy szekere,
nem Pesten hanem Budán, mutassa
meg magát vásárláskor.

XI. RESZ.

*Az Testámentom ítéletéről az
Szent Széken, hogy nem illeti
a' Szent Széket.*

VAlamely Testámentom néz va-
lakinek valamely jó akarójára,
vagy szolgájára, vagy pedig idegen-
re, az nem illet Szent Széket, hanem

pias causas, videlicet, quæ legata fuerint pro fabrica Ecclesiarum, vel in usum pauperum erogantur, ac ad sacramina peragenda.

CAPUT XII.

De Birsagio aperientis Sigillum Judicis.

Item: Si quis Civium Sigillum Judicis vilipendendo aperuerit, talis debet in persona sua detineri, sit cuiuscunque status, debetque Judici solvere absque remissione unam Marcam.

CAPUT XIII.

De præscriptionibus hæreditatum venditarum videlicet rerum immobilium.

Item: Si quis eorum à medio possessiones aut portiones possessionarias emerit, & eas sine quovis impedimento per annum & diem in possessione habuerit, de cætero eas in pace possidebit quiete.

benne, és annak utánna senki sem turbálhattya, hanem a' vévő békeséggel birhattya.

CAPUT XIV.

Quod bona fugientium pro causis criminalibus non devolvantur ad Dominum terrestrem.

Item: Si quis ex ipsis pro homicidio, furto, ac latrocinio, vel falsa moneta, seu

valamelly Testámentom szól valamelly Ecclesiának épületére, vagy Spítálba lévő szegényekre, az Istennek tisztességére, az ilyen illeti a' szent széket.

XII. RESZ.

A' Pecset fel-szakasztásáról és annak birságáról.

HA valaki az Biró pecsétét fel-falkodásból fel-szakasztja, az olyant a' Biró meg-foghattya személyében, akár ki légyenis, és mind addig fogva tartása, még a' Birónak egy girát le nem téssen.

XIII. RESZ.

Az álló örökségnek idő múlásáról.

HOgy ha valaki közzfűlök valami álló örökségeket el adna, vagy venne, és a' vévő egy Esztendő tölt. het benne, és ha addig sohonna ti-lalom nem lészzen, idő múlás lészzen

XIV. RESZ.

Az vétekekben esset és el-szökteknek já-vairól nem a' földes Urookra Szálásáról.

VAlamely közzfűlök valami nagy vétekek miat ugymint latorságért, lopá-

seu quacunq; alia mala perpetratiōe de-
prehensus fuerit, judicialiterq; succu-
buerit, tales in corpore pœna debita ples-
cantur: resq; & bona talium non ad
manus Domini peculiorum aut ejus Of-
ficialis derivare valeant quovomodo,
sed indemnitè heredibus remaneant, &
ut laeso vel lafis secundum excessus de
eisdem bonis satisfaciant.

CAPUT XV.

Quod Cives non vendant
possessions ac domos
forensibus.

*Item: Quod nullus hospes ex ipsis suas
domos & possessiones ipsos concernentes
vendere valeat alicui extraneo, nisi
inter eos voluerint habitare.*

CAPUT XVI.

Si fugiet reus interfecta vel
relicta uxore, bona ejus in
quot partes dividantur.

*Item: Si quis uxorem interfecerit &
fugerit, heredibusq; caruerit, Bona
talís profugi in tres partes dividantur,
ut supra cap. 8.*

CAPUT XVII.

De falsis mensuris & eorum
birsagio.

*Item: Si quis inventus fuerit cum
falsa mensura, ulna & statera, primò
solvat Judici unam Marcam argenti.*

lopásért, gyilkosságért el-szaladna,
és el-szőknék, azoknak javok a' föl-
des Urakra; vagy az ő Felesége Fí-
cussára szál, de ha meg kaphattya,
tehát arra törvényt szolgáltattván,
meg-büntetődvén, annak java és
minden öröksége maradikára ma-
rad, és Attyafiára, de az meg-sérült
félnek, javából igazat kell minde-
neknek tenni.

XV. RESZ.

Az Városbeliek ki-vül valóknak
házokat és örökségeket el-nem
adhattya.

SENKI az Városbeliek között házát
és örökségeket idegenek vagy ki-
vül valónak el nem adhattya, ha-
nem ha az vévő városbā akar lakni.

XVI. RESZ.

A' ki feleségét meg-öli és el-sút,
annak örökségéről, és hány részre
el-osztatték.

HA valaki feleségét meg-ölné és
el-szalad, és maradéki nintse-
nek, annak javai három részre osz-
tatnak, az mint oda fel cap. 8. meg
vagyon írva.

XVII. RESZ.

Az hamis mértékről és annak meg
büntetéséről.

HOGYHA valakit hamis mértékkel
kapnak, vagy hamis lingel, fon-
tal, tehát a' Birónak adgyon birsá-

Si secundario fuerit inventus, nomen Mercatoris amittat, & amplius non mercabitur, & ea quae mensuravit amittet.

CAPUT XVIII.

Quod Cives non molestantur per Principes & Nobiles ac Officiales Dominorum terrestrium.

Item: Quod nullus Principum aut Nobilium extraneorum vel Officialium nostrorum eosdem Cives in Civitate nostra vel eorum proximos & consanguineos forenses detinere, verberare, aut quovis modo molestare, nec de rebus eorundem quicquam ab eis auferre aut auferri facere audeant vel presumant. Si quis autem quidquam actionis vel questionis contra ipsos habuerit, ex tunc eundem in praesentia Iudicis & Juratorum ipsorum à medio electorum & pro tempore constitutorum juridicè prosequantur. Qui si in reddenda justitia tepidi inveniuntur aut justitiæ non administratores, tunc non Cives, sed Iudex ipsorum in Nostri praesentiam evocetur, & de eo meram rationem efficaciter est redditurus.

CAPUT XIX.

Quod nullus exerceat artem quam ignorat.

Item: Quod nullus alterius opus manuale exerceat, quod ignorat, sed unusquisque officio suo proprio sit contentus.

CAP. XX.

gul egy Girác. Ha másodszor rajra kapják, tisztességet veszti el, és azt a' mit mért, és tovább nem kereskedhetik, avagy kalmárkodhattik.

XVIII. RESZ.

Hogy a' Városbeliek a' Fejedelmektől, Nemesektől, és Tiszteviselőktől ne háborgattassanak,

AZ Városnak lakosai, sem Fejedelelem, sem Nemesleg, sem Tiszteviselők, az ő Városokban sem kívül, vagy Attyok fiait meg tartoztatni, fogni, verni, vagy valami marhájoktól meg fosztani ne mérésszellye. Ha pedig valakinek valamellyikkel dolga és perü vagy rövidsége vagyoni, tehát az kereső a' város Birája és Polgárok eleiben hivattatván; igaz törvény szerint láttassék meg a' controverzia. Hogy ha pedig a' Biró negligencia által az igazságot nem akarná szolgáltatni, úgy nem az Polgárok, hanem akkori város fő Birája evocaltassék in Personalem praesentiam, és ott adgyon dolgairól számol.

XIX. RESZ.

Az ki mely Mesterséget nem tud, azt ne gyakorolliya.

Minden ember az ő tanult mesteriségét űzze, és a' más ember mesteriségében az mellyet nem tud, magát ne avassa.

XX. RESZ.

CAPUT XX.

Quod Cives Mercimonia non emant ab extraneis hominibus.

Item: Quod nullus Civium alicui extraneo emat mercimonia, tanquam sibi, transgressor huiusmodi qui fecerit, amittet ea quae emit, & unam Marcam argenti fini: & si propter inopiam Marcam solvere non poterit, per mensem à consortio segregabitur. Si vero negare intenderit, cum duabus personis se expurgabit, tertio se existente.

gagná dolgát, két bizonyossággal magát mentheti.

CAPUT XXI.

Quod secreta Consilia extra Prætorium non revelentur.

Item: Omne Consilium arduum, ipsorum Civium, sive Secretum, factum in Prætorio, sit absconditum. Et si quis Juratorum vel consulum quicquam revelaverit alibi, extra Prætorium, defacto consulto extunc Officium & honorem amittet sive perdet eo facto.

CAPUT XXII.

Quod Mercatores extranei non vendant ipsorum mercimonia aliis extraneis mercatoribus.

Item: Nullus Mercator extraneus alius adventitius Mercatoribus etiam de una

XX. RESZ.

A' Városbéli Emberek semmi sém allat semmit ne vegyenek idegeneknek

SEnki a' Városbéliék között, hogy a' szénallat mint magának, idegeneknek, semmi máhát ne vásárollyon, ha pedig valakiker rajta kapnának, tehát el-veszti, azt az mit vásárolt, és egy Gyra finum ezüstöt, és ha az ezüstnek szűk voltamiat meg nem adhat egy holnapig fogságban tartásék. Ha pedig tagadná dolgát, két bizonyossággal magát mentheti.

XXI. RESZ.

A' Város titkait vagy a' Tanácsét senki ki ne jelenese.

A' Városnak mindenféle titok az ő Tanács. házokban titkon legyen, és ki ne nyilatkoztassék, és valaki azt a' Tanácsbéliék között időknek előtte ki nyilatkoztattya, a' Becsületet és tisztességet vagy Búr. gerechter-is el-veszti.

XXII. RESZ.

Az idegen áros Emberek a' Városban hozott marhájokat idegeneknek ne adják.

SEnki az idegen emberek árosok között a' vásároak gyarló voltamiat

de una Provincia venientes cum eodem, dum in Civitate essent constituti, & cum recedere voluerint, quamquam festinatione accedente merces suas vendere non presumant, alijs adventitijs, nisi Civitatensibus. Transgressor perdat vendita. & insuper in duabus Marcis Judici condemnatur.

CAPUT XXIII.

Quod Mercatores extranei non emant cutes, nisi ad certam summam.

Item: Nullus Mercator extraneus qualescunque cutes per se, vel per mediam personam in toto comparare presumat, sed licitum sit & ipsarum cutium quartam partem emere. Transgressor huiusmodi perdat tales res emptas.

cselekedék el. vesztiük vött marhájokat.

CAPUT XXIV.

De Telonijs non solvendis per Cives.

Item: Cives non solvant tributum, qui sunt privilegiati intra Regnum.

CAPUT XXV.

Quod Mercatores non vendant, infra valorem duarum Marcarum.

Item: Nullus Mercator extraneus de suis mercimonijs infra valorem duarum Marcarum possit quovomodo vendere;

miat, avagy pedig házokhoz fietség miatt idegen áros embereknek marhájokat el ne adhassák, hanem a' Városbélieknek, adgyák illendő árron, és valaki az kívül cselekezik, el. veszti az el-adot marháját, és aző kívül a' Birónak birságul két Gira ezüsttel tartozik.

XXIII. RESZ.

Az idegen áros embereknek bizonyos számú bűr vételéről.

CSak egy idegen áros ember is akar minémű bűreket maga számára mindenestül ne merien megvenni, hanem a' mennyi bűr akkor jelen vagyon, csak negyed részétt legyen szabad megvenni, az ellen

XXIV. RESZ.

Az Vámoknak fizetéséről az Városbéliektől.

A'Szabad Királyi Városbéliék, az kiknek szabadságok vagyon, arról vámot nem tartoznak adni.

XXV. RESZ.

Az idegenek árujoknak mogyáról hogy fellyeb ne legyen két Gíránál.

AZ idegen árosok között senki az ő marhájokat forint számra ne adgyák, és singel ne mérjenek, ez ellen

*vendere. Violator hujus statuti in tri-
bus Marcis condemnatur Judici.*

CAPUT XXVI.

**Quod perpetrantes Crimi-
nalia extra Civitatē & in Ci-
vitate reperti, per Judicem
judicentur.**

*Item: Quicumq; ratione furti, latro-
cinij, homicidij, extra Civitatem vel
intra exorti, si inventi fuerint, per Ju-
dicem & Juratos judicentur.*

CAPUT XXVII.

**De venditione Mercimo-
niorum in locis deputatis,
& non in domibus.**

*Item: Cives de panibus & alijs rebus,
inuisibilibus numeratis, in domo vel
hospitio ipsorum licentiam non habeant
vendendi, nisi inter Cameras rerum
vendendarum. Transgressor hujus-
modi in duabus Marcis Judici condem-
natur.*

CAPUT XXVIII.

**De Judice, qui non facit ju-
stitiam forensibus.**

*Item: Si Cives aliquod nocumentum
vel gravamen Nobilibus & ignobili-
bus inferrent, & Judex eisdem facere
justitiam recusaret, extunc Judex, non
Cives in praesentiam Domini seu ipsius
Officialis evocetur, in persona ejusdem*

Domini.

ellen cselekedők, három Girán ma-
radnak a' Birónak.

XXVI. RESZ.

*A' latrok büntetéséről, az kik az
Városban vagy ki-vül tanál-
koznak.*

V Álamely lopót, latort, gyilkost,
a' Városban avagy Város hatá-
rán kaphatnak, az Város Törvénye
szerint meg-büntessék a' Biró és Ta-
náts által.

XXVII. RESZ.

*Az Kalmárok áruinak nem házok-
nál hanem a' piacon való
helyéről.*

A Z Városbélieknek bizonyos hel-
lyek ugy-mint Patikájok és Bol-
tok lévén árulni, és egyéb helyeken
ugy-mint házokban és szállásokon
nem szabad. A' ki ez ellen csele-
kezik, két Girával tartozik a' Biró-
nak.

XXVIII. RESZ.

*A' Biróról, a' ki idegeneknek igaz-
sággal nem szolgál.*

H Ogy ha a' Városbéli a' ki-vül
valóknak Nemessékek és e-
gyéb rendbélieknek valami injuri-
át cselekednének, és a' Biró felőle
igafságot nem akarna tenni, tehát
a' Biró és nem a' Városbéli evocat-

Domini instituti.

CAPUT XXIX.

De licentia danda Mercatoribus ad consortium Civitatis intrantibus.

Item: Nullus de novo superveniens, cum & ipsos Cives civitatenſes mercari audeat, niſi habita licentiâ ipſorum mercatorum, & ſit bona fama, & fide dignus, dans ipſis decem Marcas, qua tripliciter dividantur, una pars Judici, alia mercatoribus, & tertia Jura- tis.

CAPUT XXX.

Quod mercatores forenſes non vendant ſuo hoſpiti reſiduū mercimoniorum.

Item: Nullus Mercator hoſpes, vendat ſuo commercatori hoſpiti reſiduū pannorum, aut aliarum rerum quarumcunq;. Transgreſſor hujusmodi is qvi emit dabit qvingt. Marcas pro pœna, & is qvi vendidit, totidem argenti fini.

CAPUT XXXI.

Quod peremptores non emant peremptoria in diſtãtia decem miliariorum.

Item: Quod nulli peremptorum officium peremptionis liceat exercere, inter eos vel extra Civitatem etiam,

caſſék a' földés Urhoz, avagy tiſzt. viſelő eleiben.

XXIX. RESZ.

Az Kalmárok igazságáról az kik a' Város Társaságában adgyák magokat.

SEnki a' kalmarságot a' Városban bejövén ne űze, hanem ha arol a' kalmároktól igazsága léſzen, és a' kalmár társaságában adgya magát, de igaz tőkélleſes embernek kel lenni, adván nékik tiz Gírat, az kik három részre el-oſztatnak, Birónak, kalmároknak és polgároknak.

XXX. RESZ.

Hogy az ki-vül való kalmároka' gazdáknak a' meg-maradott marhát el ne adhásák.

SEnki az idegen ároſok közzül, az meg-maradott marhát el ne adhaſſa gazdájának, ſem pedig egyéb féle marhát, a' ki ez ellen cselekeſzik, a' ki meg-veſzi, őt Gíra ezűſtön marad, és a' ki el-adgya, haſonló Gíra-
val tartozik.

XXXI. RESZ.

*Az kik nagy nyereségnek okáért drágára várván akarnak vala-
mit vásárlani.*

AZ kik nagy nyereségre nézvén, a' ſzegény kalmárok előt a' marhát mind meg-veſzik, ez ok által
hogy

in distantia decem miliarium. Transgressor huiusmodi res emptas amittet, & fersonem.

földen inen a' Vároftól ne légyen semmi marhát azoknak szabad veñi, a' ki ez ellē jár, el-veztik még marhájokat. is, és kalmári szabadságokat.

CAPUT XXXII.

Quod hospes expressare debeat suo hospiti Jura Civitatis & universitatis.

Item: Quicumq; Civium Statuta Civitatis & universitatis hospiti suo non expresserit, pro ipso unam Marcam solvet, si hospes curret in reatum.

CAPUT XXXIII.

De Pellificibus, falsificantes opus ipsorum.

Item: Si pellifex opus suum falsificaverit, pelles amittet & unam Marcam.

CAPUT XXXIV.

Quod Pistorum bonū & congruum panem faciant.

Item: Quicumq; Pistorum panem fecerit incongruum ac non coctum, panem perdet cum uncia.

CAPUT XXXV.

De Sutoribus, qui falsificant artem cum malis cutibus.

Item: Si Sutores suas artes falsificaverint, in calceamenta mala & incongrua aut subfolia & perpendia scutulares de Sutoribus cutibus vel equis; extunc Iudici unum storem solvat divisum, & si secundo fecerit, de consortio segregabitur,

hogy osztán a' szegény kalmárok 8 tölök nyereséggel vegyik, azok ellen ez a' Statutum hogy tiz mély

XXXII. RÉSZ.

Hogyminden gazda szállójának a' Város Törvényét megjelenesse.

Minden gazda, há az ő szállójának a' Város szokását meg nem mondgya, és az ellen vékezik, a' gazda egy Gira ezüsttel büntetessék meg.

XXXIII. RÉSZ.

A' Szöcsöknek mesterségéről.

Hogy ha a' Szöcs az ő Mesterséget hamisán csinálja, el-veztik munkáját és egy Girat.

VXXIV. RÉSZ.

Hogy az Süttők jó és illendő kenyereket süssenek.

HA valamely Süttő a' kenyeret jól meg nem süti, el-veztia a' kenyeret, és maga is büntetés be essik.

XXXV. RÉSZ.

A' Vargákról a' kik az ő Mesterségeket meg vesztegetik ugymint a' bűrt.

Hogy ha a' Vargák az ő Mesterségeket meg-veztegetik ugymint a' bűrt kimulván szűksarut csinálnak, vagy rozé égeit talpott, vagy bőrt mivelnek fel, vagy dög, ló bőrből, a' Város Birájának egy Giraval tartozik, ha másodszor a' mesterségből ki-veztik.

JURA CIVILIA, SZABAD VÁROSOK
E T
CONSVETUDINES
A N T I Q V Æ.

A Z
TÖRVÉNYI,
E S
RÉGI SZOKÁSOK.

Ex quo enim omnes causa litigiosa, primò & principaliter ex quatuor habent originem, sui processus, de ipsis tractandum:

- I. Super factis Hæreditatum.
- II. Super effusione Sanguinis.
- III. Super factis Testamentarijs.
- IV. Super factis Debitorum.

Mellyben mindennemű ellenkező casusok és viszszavonnások között négy kiváltképpen való dolgokról tractalunk, úgy mint:

- I. Örökségnek dolgáról.
- II. Az vér ontásról.
- III. Az Testamentomról.
- IV. Adósságokról.

TRACTATUS I.
SUPER FACTIS HÆ-
REDITATUM.

TIT. I.

De modo & forma sub quorum fassionibus hæritates possidendæ sunt perpetuales.

Si quis super alienatione domus, vel vineæ aliquod jus habere prætendit, id literis

ELSŐ RESZE.
AZ ÖRÖKSÉGNEK
DOLGAROL.

I. TIT.

Az álló örökségnek jó mogyáról való bírásáról.

Hogy ha valaki álló örökséget, házat, földet, avagy pinzen vagy

id literis Civitatis Sigillo autentico roboratis, vel testimonio juratorum civium probare tenetur. Ultra hoc nullas hæreditates, videlicet res immobiles possidere valeat, quovomodo.

Mert külbmben álló örökséget senki nem birhar.

TIT. II.

De præscriptionibus hæreditatum immobilium, & qualiter inhibitiones earum fiendæ sicut.

Item: Si quis jus aliquod se in aliquam hæreditatem sperat habere, id ante expirationem prosecvi debeat & tenebitur, terminui videlicet unius Anni & diei. Ita tamen, quo prohibitio nem faciat, prima faciendæ in præsentia Judicis & juratorum Civium, de positis in sui prohibitionem Judici den. 40. Moneta pro tempore vigentis, & ipsa prohibitio prima durat per spatium 15 dierum. Item: Secunda & tertia vicibus, modo simili, prohibitiones facere tenebitur, toties, quoties ipse prohibitiones sicut, præscriptos den. 40. Judici solvere tenebitur. Judex unum specie Regestrum sui Judicatus tempore habere tenebitur, in quo ipsa prohibitiones conscribentur. Et si Actor ipsam causam post expirationem illorum trium terminorum prohibitionum prosecvi intra annum & diem dimiserit: de cætero eidem perpetuum silentium imponetur.

Nota.

II. TIT.

Az álló örökségnek idő mulásáról, és mi módon kell azt ellenzeni.

Hogyha valaki valami álló örökséget házat, földet, el akarja maga jussával vagy verséggel prætendálni, és azt akarja, hogy idő múlás ne legyen abban, még észlendő és egy nap el nem mulik, addig mennyen Biróhoz, és annak Tanácsa elõtt, tegyen, a' Városnak szokás szerint való onust, és ellenző tilalmat reá téven, den. 40. és az első ellenzés tart 15. napig. Item: Másodszor és harmadszor hasonlóképpen cselekedgyek, de mindenkor beírassa a' Város könyvében, az prohibíciót. Az mely könyvnek a' Birónak kezében kell lenni, a' minémü prohibíciók lesznek az ő bíróságában beírassa. Es az idő alatt oltán az Actor dolgát Törvény szerint nem keressi, és csak el halgattya az észlendő és egy nap, el telvén annak utánna a' keresőnek minden keresi semmiben mulik el. III. TIT.

Nota. Inter Fratres condictionales nunquam fieri solet neq. admittitur ulla praescriptio.

TIT. III.

Quod cōsanguinei & commetanei primum admonendi in venditione rerum immobilium.

Item: Si domus, vel vinea, terra arabiles, prata & cetera quacunq. res immobiles venditioni exponerentur, primum & principaliter fratres & consanguinei debent in praesentia Iudicis vel juratorum admoneri super eo, utrum ipsi ipsas hereditates domum vel vineam emere voluerint, primum ipsis debet adjudicari. Deficientibus vero amicis vel facultatibus eorum amicorum, tunc vicini & commetanei sui propinquiores ipsas hereditates valeant sibi ipsis appropriare pro condigno precio, prout forum facere voluerit emptionem. Si autem ipsi vicini emere noluerint, tunc venditor ipsarum hereditatum habeat potestatem, cui volet, vendendi.

TIT. IV.

De poena evertentium metas alicujus possessionis.

Si quis Metas ipsius vineae, quae sunt per erectionem lapidis, seu aliter quovomodo, vicinorum everterit, aut in alium locum posuerit, ratione ampliatio-
nis suae vineae: tunc certi jurati, ad mi-

nus duo

III. TIT.

Az Attyafiai és Szomszidok elsőben is az el-adott örökségről megkínálásáról.

Hogy ha valaki, vagy házat, szőlőt, szántó-földet, rétet és valamiféle örökséget el akarja idegeníteni és el adni, tehát tartozik mindeneknek előtte Attyafiait rokonit és szomszidgyát is megkínálni, és a' Bíró előt öket admoneálni, mert ugyan azokat illeti Törvény szerint. Hogy ha pedig az Attyafiai nem akarnának és elégségesek nem lévén arra, tehát a' Szomszidságnak illendő árron illik magokhoz kapcsolni. Ha azok sem akarnak megvenni, tehát szabadsága léfzen így az el-adónak akarattya szerint a' kinek akarja el adni örökségét,

IV. TIT.

A' mesgye követ felbontásáról és büntetéséről.

Hogyha valaki szőlője között való mesgét követ kibont helyéből, és más helyben helyhez teti, hogy az ő határát azzal meg bővítse, és szaporítsa. Akoron a' Bíró

két ef-

nus duo ipsam ad conspiciendam ire debent, quibus conspectis reus, sen persona rea judicari in tribus Marcis, & laeso similiter in tribus Marcis debet, eoq; facto solvere convincetur, & ipsam metam, à sui loco semotam, iterum in pristinum suum statum locare tenebitur.

TIT. V.

De extractione terræ à vinea vicini ad vineam suam.

Si quis habens vineam ad cacumen cunjungunt, montis jacentem, in descensu vel ejusdem vineæ si quidpiam declivius habuerit, ipsam terram superioris vineæ absq; ulla terra inserit; ita quod ipse vites propter defectum ipsius terre ad inferiorem vineam declinaverit, si id modo præscripto ipsi jurati conspicientes similimodo comperierint, reus reformare tenebitur, insuper Judici & parti adverse similiter vel laesa cuilibet, singulas tres Marcas solvere tenebitur.

TIT. VI.

De descensu aquæ pluvialis de vinea vicini ad vineam alterius vicini per semitas scienter factas.

Item: Si quis vineas in montibus habens, semitas pro cursu aquæ pluvialis ex

két esküt Polgár társát ki küldvén hogy a' dolgot meg-lásák, meg-látván és meg-bizonyítván valamelyik félre a' Birónak három Gira ezüstön marad, a' más félnek is három Girán, és a' mesgye követ azon Esküt személyek viszont az előbeni helyben helyheztessek.

V. TIT.

Az egyik szomszéd az másiknak szőlőiből földet az magáéban szakadásáról.

Hogy ha valamely félnek magasab helyen szőlője vagyon az másiknál, és onnan az alsó szőlőnek az Ura, az felső szomszédgyának szőlőiből szakasztana földet, az ő szőlőinek földének szaporaságáért, és a' felső szomszéd az ő földének fogyatásá miat, az ő szőlő tövei ki száradnak, it is a' Polgárok meg-látván az kár tévőt, meg-büntethetik három Girával, és az meg-férült félnek az ő kárát viszont helyiben állatni el ne mulassák.

VI. TIT.

Az első víznek zápora által való kár-vallásról.

Hogy ha valakinek oly helyen, vagy hegyen vagyon szőlője, C hogy

lis ex ipsis fecerit, ita ut ipsa aqua in vineas sui vicini meatum habuerit, & ex ipso suo vicino damnum evenerit, modo simili ipsas tres Marcas Iudici, & tres, persone laese solvere tenebitur, ac ipsum cursum aqua pluvialis à vinea sui vicini removere cum propriis suis sumptibus tenebitur.

marasztyák, ugyan maga költségével, ismét az árkot jó helyre kell állatni.

TIT. VII.

De poena illata damni per foveas factas ad capiendas feras.

Item: Si quis foveas ad capiendas feras foderit circa vineam suam, & debita custodia non praeiunxerit, si quis vicinorum aut quispian hominum in ipsam foveam inciderit, & morte obierit, vel fractis cruribus laesus fuerit, tunc foveam fodiens plenarium valorem eorumdem solvere tenebitur, ac ipsam foveam cum terra denuo replebit.

TIT. VIII.

Quod nemo semitas faciat per vineam sui vicini.

Item: Si quis vicinorum per vineam sui vicini incolligatas semitam fecerit, ita videlicet, quod ad locum sui torcularis propinquiores possit habere accessum, damnum per collectores illatum solvet, &

hogy a' zápor első kár tétele miatt árkot kellenek ásni, meg lássa, hogy úgy ássa, hogy a' maga meşgyéjén mennyen alá szomszédgyának kára nélkül, a' víz; mert ha úgy bocsátja az árkot, hogy az alfo szomszédgyának kárára léşzen, tehát hasonlóképpen a' Polgárok három Gírán

VII. TIT.

Az árok miatt, vadászásnak miatt kár tételről.

HA valaki az ő Szőlői mellett vadászásnak okáért áfo: volna valami vermet, és valaki abban nem tudván történet szerint belé esnék, és nyakát szakasztaná, vagy lábát eltörné, tehát az a' ki azt ásta minden szerentséclenségért meg kell az megsebültet elégíteni; hogy így tovább másan ne eslék, az árkot is bé töltetni tartozik.

VIII. TIT.

Hogy senki a' más ember szőlőin általutat ne csinállyon.

HA valaki szomszédgyának szőlőiben utat csinál, csak azért, hogy sajtojához közelebb jusson, minden kárát valami az megsebütt fél prætendál tartozik éppen megfizetni;

vet, & fortionem, i. e. quartam partem
unius Marce, Judici solvere tenebitur.

a' kerteken, mikor a' fű vagy on útat által csinálván kell érteni.

TIT. IX.

Quod nemo domum ampli-
et versus plateam sine li-
centia Judicis.

*Si quis domum habens, & ipsam do-
mum versus plateam ampliare nita-
tur, ita quod domus vicinorum exce-
deret, itaq. aspectus platearum ipso adi-
ficio facto frangi videretur, absq. con-
sensu Judicis & juratorum minimè fa-
cere valeat atq. possit.*

TIT. X.

De canalibus imponendis
ad tectum, ne aqua pluvia-
lis noceat vicino.

*Item: Possidens domum, tectum sua
domus cum canalibus præmunire tene-
bitur, ne per aquam pluvialem seu den-
sitatem nivium suo vicino damnum ori-
ri videatur.*

TIT. XI.

De canalibus parandis inter
duos vicinos.

*Item: Si dua domus aut plures in con-
tiguitate strictæ vicinitatis extite-
rint, tunc tales vicini unum canalem
mutuo (in juncturis domorum) invicem
erigere & facere tenebuntur, mutua o-
pera*

zetni, a' Birónak is egy Gira ezüster.
Hasonlóképpen a' kerteken, mikor

IX. TIT.

Hogy az uczára senki ne szapori-
csa házát az építéskor Biró
hire nélkül.

V Alaki házát épít a' Városban,
az uczára akarván házát bőví-
teni, úgy hogy a' szomszédgyának
házának világosságának elvétele
miat senki ne szaporicsa, a' Biró hi-
re nélkül, hogy így a' szomszédság-
nak is ablakáról való ki nézését el
ne foglallja.

X. TIT.

A' csatorna házokra való fel-vo-
násáról, hogy a' víz a' szomszéd-
nak ne ártana.

*M*inden gazdának legfőb gond-
gya azon legyen, hogy házát
csatornával és sendelezéssel tartsa,
hogy az első víz szomszédságának
kárt ne tegyen folyás által.

XI. TIT.

Az köz csatorna csinálásáról
a' szomszédok közt.

*H*ogy ha két avagy több házak egy
máshoz vadnak ragasztva, tehát
a' csatornát is közönségesen ve-
gyék hozzá, hogy így egyik az má-
siknak gondviseletlensége miat
kárt

pera & impensis. Quod si autem alter vicinorum per suam incuriam & negligentiam huiusmodi operi auxilio esse nollet: vicinus adificare volens, & damnum patiens per oscitantiam sui vicini, talem negligentiam coarctare & auxilio sibi esse in exigendis canalibus semper potest & debet. Similis est ratio habenda etiam maceriarum & sepium vel murorum inter vicinos erectione, unus alterum debet adigere ad preparationem huiusmodi communium inter se laborum adificationum, maceriarum ac sepium. Etsi pars negligens per suam incuriam alteri parti damnum intulerit, de refusione damni convinci semper debet, ad adificationemq; adigi, pœna etiam debita imposita.

TIT. XII.

De mensura terræ concedendæ versùs plateam domibus præparatis.

Item: Postquam domus perficietur, & platea suo modo disponentur, tunc Dominus cuiuscunq; domus versùs plateam iuxta morem Civitatis non habeat plus de terra platea, quam vestigium unius pedis cum dimidio vestigio.

TIT. XIII.

De cellariis fodiendis absq; damno vicinorum.

Item:

kárt ne tegyen. Ha pedig az egy szomszéd a' másíknak olyan do-logban nem akarna segítség-gel len-ni, és az, a' ki kárt vall, építeni akar-ja, az ő gondviseletlen szomszéd-gyát, hogy a' csatornát egyűt fel vo-nathassák az épületre, mindenkor reá kinszericheti, s' tartozik. Haso-nló rend tartás légyen az palánkok és fővény, avagy kő-faloknak szom-szédok közöt való épületiben, hogy egyik a' másíkot, kinszerichesse ol-lyan kőz munkának ugy- mint pa-lánknak és fővéennek meg-csínálása-ra. Es ha az gondviseletlen fél mi-at a' másíki kárt vall, am az a' kárt meg-elegíteni tartozik szomszédgyát, s' mind az építésre, az meg-érdemlet büntetést reá vetvén, erőltessik.

XII. TIT.

Az úczán az ház előtt meddig en-gedtetik a' ház gazdájának a' föld tulajdonúl.

A' Mikor az háznak épülete el vé-geződik, és az úczák el rendel-tetnek, az házak előtt, akkoron az háznak gazdájának az ház előtt töb-bet nem engednek az úczán való földében, más fél talp nyománál, a' mig az háznak csepegése vagy on.

XIII. TIT.

A' Tinczék ásásáról a' szomszéd-ságnak kára nélkül.

Vala-

Item: Si quis cellarium faciens in sua domo, foveamq; facere niteretur pro conservatione vini, versus propriam suam curiam, aut sub propria domo, & non sub domus vicinorum fodere poterit, quovomodo etiam si quid fodere voluerit, in propria sua domo & ejus pertinentiis fodere valeat atq; possit, sine tamen damno & injuria vicinorum.

TIT. XIV.

De terminis deputatis & conditionibus eorum in solutione rerum immobilium.

Si quis domum, vineam, jugera, fenestram, sive quacunq; alia immobilia emerit, & si precium earum in certis terminis deputatis solvere debebit & tenebitur, conditionibus seclusis & postpositis. Si primum terminum exolverit, & secundum insolutum omiserit, & si venditor ipsius hereditatis seu hereditatum Judici & juratis Civibus non protestatus fuerit, & repetere noluerit, si plures termini restant, ad solutionem faciendam, tunc venditor hereditatum v. hereditatis, tenetur in ipsis terminis supervenientibus ipsam pecuniam suae hereditatis tollere, & hereditatem cui vendiderit, efficaciter appropriare. Si autem venditor hereditatis in ipso termino insoluto Judicem & juratos proabnegata solutione accesserit, per viam juris hereditatem suam liberare: Tunc

Judex

VAlamely gazda ember pinczét akar áfatni, háza allat, avagy maga fundussán, arra szorgalmatos gondot viselleyen, hogy szomszéd-ságának kárára ne legyen, valamit akarna maga határán áfatni szabad véle, de ha a' szőszédságnak kárára volna, azt meg nem engedtettherik nékie a' pincze áfsás.

XIV. TIT.

Az álló örökségeknek mellyet el-atanak, annak meg-fizetésének

Terminusáról.

VAlaki házat, szőlőt, földet, rétét, és akar mely álló örökség, mely a' Város határán vagyon meg-veszen pinzen, es annak meg-fizetésé bizonyos terminusokra fogadgya bizonyos körés allat. Hogy ha az első terminust meg-fizeti, és a' másikat negligállyá; és ha az el-adó fél az örökségnek a' Bíró és Tanács előtt nem protestál, és az örökséget viszsza nem akarná foglalni, ha még több terminus vagyon hátra, a' fizetésben akkor az el-adó fél a' vévőtől a' terminusokban az örökségnek árát fel venni, és a' vévőnek az örökséget sajátul prononciálni. Hogy ha pedig az el-adó, a' vévőnek második terminus meg nem tartása végett, a' Bíró és Tanács eleibe megyen, és a' meg nem fizet- is miat,

C 3

prote-

nem, tamquam boni communis ac ho-
nestatis moderamen inter cetera emolu-
menta in se continens. Ex eo statuitur,
ut ante suas domos quivis Civium &
Incolarum, ita rationem munditiei ob-
servet, viarum verò Suburbanarum,
Inhabitatores ijdem qui reparationes de
jure & ab antiquo facere solebant & ex
mandato Amplis. Magistratus teneban-
tur, curam habeant, ut si ad faciem con-
spectus Domorum attractorum Civium
& Incolarum Civitatis sordes & lutum
per Curatores munditiei inventum fue-
rit, ad seriamq; eorum tertiam admoni-
tionem exportari & mundari neglectum
fuerit, ipso facto pœna arbitraria Am-
plis. Magistratus infallibiliter desumen-
da obnoxius erit, hoc verò per expres-
sum & firmiter sub pœna flor. 12. deci-
ditur, ut quivis coram Domo sua viam
& pavimentum platearum ita rectifi-
care debeat, & lapidibus subducere, ut
pluvia imbresq; tamquam è canalibus
defluere, & lutositatem tollere valeant
ac possint, pristinaq; integritati & mun-
ditiei salubritatiq; Civitas restituatur;
Si etenim innuente Titulo 11. Tractat. 5.

Jurium Civilium vicinus potestatem ha-

bet adingendi vicinum ad communium murorum sepiumq; & laborum adifica-
tionem, parsq; negligens per incuriam damnum causatum & illatum refundere
debet.

Mint hogy az egészleg meg-tar-
tása oka és a' tisztság szerete-
te jóvallyá az sáros utaknak ki tisz-
títását, úgy mint köz jót az Város-
ban, azért rendeltetet hogy min-
den ember erre olly gondot visel-
lyen, az hostátiak pedig az utak-
nak meg-tsinálására, a' kik azzal
a' régi mód szerént tartoznak, hogy
ha sár lesz házok előtt, és azok ál-
tal a' kik arra rendeltettek meg in-
ternek háromszor, és szót nem fo-
gadnak s' ki nem hordattyák, ok
vetetlen a' Magistratus által meg-
büntetettek: hogy pedig a' pádi-
mentum ki rakattalék 12. forint
büntetés alatt, úgy hogy az első víz
le folyhasson, és a' régi tisztságára
jusszon az Város, parantsoltatik:
mert ha az 11. Titulussa szerént az
első résznek az szomszéd az köz
közfal, sövény és köz dologra szom-
szédgya meg incheri, és a' ki el-
mulattya a' kárt meg-fizetni tarto-
zik, annyival inkább, az köz uczára
ha ki háza előtt gondot nem visel
s' ki nem tisztította s' meg nem pá-
dimentumoztattya, büntetésb-
esik, melly az szomszédok kémé-
nyiről is, hogy tisztságáról meg-
intethernek érteik.

debet; à fortiori cura platearum refectionis si omittatur, pars negligenti
pœna debita imponenda obnoxia manebit. Quod & de cura expurgationis
Caminorum intelligendum est.

TIT. VI.

De fenestris evidenti & inevitabili ex ne-
cessitate domûs ad vicinitatem ex-
structis vel extruendis.

Quantumvis ad aream suam unicuiq;
liceat fenestras edificare, Lexque
communis Murariorum suadeat signa
relinquenda esse eisdem vicinis qui mu-
rum edificent, aut ut vocant cacas fene-
stras, nec liceat ex regula communi
prospectum ad vicinum sine consensu fa-
cere, ubi tameneo devenit, ut edi-
ficia promovantur, & non solum ordine
bisaria domus in suo fundo edificatur,
verum triplices, ex ea potissimum rati-
one, quod vicinus etiam ultra promo-
visset edificia, commoditatemq; luminis
fenestrarum subduxisset, cum non debe-
at beneficio luminis per positionem obje-
cti qui vis privari quod dare non potest,
omnibus enim æqualiter DEUS facit So-
lem exoriri. Ex eo concluditur, ut in
his occasionibus respectu evidenti & in-
evitabilis necessitatis cum consensu Ampl.
Magistratus, qui prævia revisione adju-
dicat rationem præmemorata inevitabi-
lis necessitatis admittenda est fenestra,
dum videlicet nullatenus aliter quâpi-
am lumen in suam domum ob prædicta
edificia inducere poterit, nec propter
alicujus vicini privatum commodum
debeat

VI. TIT.

Az kéntelen szükségből szomszéd felől épi-
tett ablakok dolgáról.

Jollehet a' maga Udvarára min-
dennek szabad ablakot építeni,
és az Kőművesek törvénye szerént
az építő részére vak ablakok ha-
gyatnak, de szomszéd Udvarára
által nézésre szükség kívül ablakok
nem tétethetnek; midőn mindaz-
által előb vittek az szomszédok há-
zok épületét, és a' világosságát
szomszédoknak elvették; mivel
a' Nap világátol, kit Isten minde-
neknek egy aránt szolgálni rendele-
meg foszthatnék valamely ház, az
ilyen okból rendeltetett, hogy az
Nemes Magistratus engedelméből
ki a' szükség dolgát meg. ítéli, ha
másként világosság nem szolgálha-
bé az házban, az szomszéd felől is
ablakot rendelhet, mert más hasz-
na miat nem foszthatatik meg va-
laki, az Isten közönségesen adta
Nap világosságátol; a' mint Cassan
fok helyt szomszédra ablakok van-
nak az ház világossága szüksége
miat építve, mind azon. által sürű
rostélt és erőstet vagy vas táblát kel-
építeni rajta, hogy az szomszédnak
kára

debeat beneficio luminis privari domus, prout Cassovia in multis locis ad exigentiam necessitatis inevitabilis videre est fenestras ad vicinum edificatas, cautum tamen erit, ut tales fenestre craticulis densis & fortibus aut tabellis subducantur, ne ansa vicino dari queat ad dam-

vificationem, quo in passu visa inevitabili necessitate domus haud dubium evadet, quod sub tali bona dispositione non hoc controversetur. Controversiam nihilominus idcirco exoriundam, ipse Magistratus pro ratione necessitatis evidenter dirempturus est, cui se partes accommodabunt.

TIT. VII.

De réparatione viarum, horarq; directione, ac rerum venalium limitando pretio.

Quamvis de subductione lapidibus ante portas Domus Civium Incolarum, quae platearum, non sine exigentia necessitatis ut eo magis puritati & munditiei prospiciat valeat sub alio Titulo actum sit, quod & nunc confirmatur, Per expressum tamen novâ hac Lege visum est è re superaddere, ut in locis necessarijs platearum transitus, viciniore domus etiam prospicere debeant de gradatim ad passum pedis ponendis lapidibus, uti & in alijs Civitatibus in plano ad instar hujus situtis (ne cum detrimento calceorum per lustrum transire debeant) ab antiquo extructi videntur. Cum & ipse Magistratus de viis, hora & pretio rerum observari solet, adeoque cura directionis horologij, pretij verò fororum adjustati ratione etiam habenda foret, ne excessivo pretio

VII. TIT.

Az utak meg. isinálásáról, orárol és szabásáról az el adandó Jókna.

Illehet már arról hogy az házak előtt meg. pádimentumoztassék, kövel az ucza rendelés Titulusban tétet, de hozzá adatik mostan az is, hogy az közeleb való házak az Gyalog Járásokra egy egy lépés. nire darab kövekkel az hun leg. szükségesebb járás vagy on ki építeni tartozzanak, hogy a' sár miat jobban való által járás lehetten, úgy a' kic illes az ora igazgatást is el nemulassa, az piaczon pedig fa, szén és egyéb el adni való jók, méltó árrán adattassanak, és meg limitáltassanak, úgy hogy sem szükség az Lakosoknak ne okoztassék, a' jó rend pedig mind hiet vásárokbán és sokadalmak idein meg tartassék, hogy így jó ut lévén az határban

§§

§ az

pretio ligna, fanum, aliaq; victualia, in
mundis & foris hebdomadalibus ven-
dantur, caristiag; in Civitate causetur,
qvo fiet, ut reparatis vijs, servatag; ad
ortum Solis & occasum hora directione,
rerumq; venalium appretiatione, Civi-
ta' is moderamen bonum per universos facile conspici valeat, abundantiaq; im-
pedimentis in Territorio viciarum amotis procul dubio extendatur.

T I T. VIII.

De suffragiis ex injuria & offensis pro-
latis.

EX qvo opus charitatis & fraternae ad-
vice dilectionis nemini esset ne-
gligendum; qvinimò & inimicis suis
bene velle Lex nova Evangelij dictaret,
qva in Civitate seu Civium unitate po-
tissimum efflorescere deberet; dari tamen
nonnullos inter Magistratum etiam Offi-
ciatos, qvi plurimum deviant, &
offensarum non obliviscerentur, qvin-
imò nacta occasione palam, clam, & ma-
nifeste in derogamen offensorum alteri-
us agerent, aliosq; inducerent, & per
amotionem, exclusionem (mutatorio ex-
istente statu Civili) vindictam sumere
niterentur; & non curata conscientia
integritate paragraphum opprobrij, &
dishonestationis adurerent, vexarent,
prostituere, alios. Ad evitandam
igitur in Repub. Christiana hujusmodi
viam repressulium, innixus Amplissi-
mus Magistratus precepto Divino Matt.
18. v. 15. Errantes erga aut deviantes
& offendentes alterum, concludit, pri-
mo

VIII. T I T.

Az neheztelesből tölt Főxokrol.

Mint hogy a' szerető munkáját,
& barátságos egy máshoz való
magunk jó akarattját senkitől el-
tagadnunk nem illik; holott még
az ellenségünk szeretet- is az E-
vangélium új törvénye parantsol-
lya, a' mellyek az Városok polgári
egyesülésében kiváltképpen szűksé-
gesek hogy ki viragozzanak és
tündököllyenek; adának mindaz-
által még a' Magistratus Tagjai kö-
zöttis a' kik mesze járnak az egyez-
ség Törvényétől, és a' meg- bántá-
sokrol el nem felekeznek; de mó-
dot vehetvén benne tükön és nyil-
ván másoknak kissebségére járnak,
és Tisztiből ki rekeszteni igyekez-
nek s' másokat is rá vesznek az el-
választáskor, (: váltkozó lévén az
Városi Tiszt :) és boszut állani ha-
lehet lelkek ismérési rontásával sem
gondolván igyekeznek, hogy mint
egy gyógyulhatatlan sebek esenek
és rő-

*intra Magistratum admonendū esse, & corrigendum talem, si se non emen-
daverit quispiam, extunc legali viā, si
res digna est procedendum esse, & à mo-
do impostum non liceat occasione re-
stitutionis Magistratus (cū nemo se
eligat) ex offensā privata, & sinē cor-
rectione relicta, exclusioni votum dare,
statuaturq; qd vel eo ipso qd in iuria,
tum agnoscat se eligens per aliquem eli-
gendum stare suffragium non posse, sed
ad Censuram totius Magistratus & Com-
munitatis ex passione vota ferens subji-
ci debeat, cū Charitas & Amor Concor-
diā Civium promoveant Rempubicā,
tolle verò amorem, & totus mundus
(qvi opinione regitur) peribit, cui se
accommodare, votorum verò suorum
omnes Rationes dare qvorum intererit
noverint.*

és rövidségek másoknak. Azért
az ilyen meg-tromfolásnak ez u-
tán az keresztyén Respublikában
való le tétele okáért az szent Má-
tának cap. 18. §. 15. le tört inté-
sége maga között a' vérdket első-
ben meg inteni tartozván minden
el-végezte törvényül, hogy az mást
meg-bántó fél elsőben meg-inte-
sék, és ha nem használ, ugy adat-
tassék az köz itéletre, és ha szót
nem fogad törvényes uton proce-
dallyon minden: és nem szabad
ez után a' választáskor (:mint hogy
senki magát nem választya tisztre)
a' meg- sértődést elő hozni s' bo-
szút állani, azért való Tisztból ki-
rekesztessék; sőt mihent a' Magist-
ratus észre vészi hogy valaki túr-
hetetlenségből meg-bántására néz.

ve szól, voxa meg ne álljon, sőt a' köz itelet Censurál-
lya-meg: mert az egyeslégt által áll. meg a' Respublika.
Vedd el a' szeretetet, és a' világ (:a' ki vélekedéssel igaz-
gattatik:) ottan fel-fordul, mellyhez minden magát al-
kalmaztassa és minden maga voxának okát adni tarto-
zik.

T I T. IX.

*De damnis in Campis, hortis, vineis
illatis, & quod vineæ ubi sunt æ-
dificentur.*

IX. T I T.

*Az mezőn kertekben szőlőkben való kár-
tételekről, és hogy a' bol szőlők van-
nak fel építtessenek.*

Commune bonum Juris Naturalis exigit proximo non esse inferendum damnum, cum & sibi nollet. Quicunque igitur in campis segetes, in fœnilibus aliterius herbam, in hortiis fructus, arbusculos seu insitiones, prout ex vineis etiam vastaverit, abstulerit, eradicaverit, & ipso facto testimoniis clarum evaserit, primò non ad damni pretium, sed quadruplum solvet, si secundario inventus fuerit, octuplum, si tertiario, præterquam florenos 12. deponet Magistratui, lictus fl. 100 sustinebit, ad damni gravitatem verò via juris quæ fur, Legi subiacet, decisum. Hac Lege etiam statuitur, Vineas ubi sunt edificandas esse, & pro Edicto stet, quod à non edificante ob jura montium Civitatis tollantur æstimate & alteri elocentur; ita tamen, ut expensis per proprietarios depositis restituantur, & ab eis non abalienentur.

Az természet Törvényének közjova kívánja, hogy másnak kárt senki ne tegyen, kit magának sem akarna tétenni. Valaki azért az mezei veteményt rongya, más réte fűvit el, hordgya, kerti gyümölcsit vagy oltványit, úgy az szőlőkben is ki állja, meg bizonyosodván, elsőben négy annyit, mely a' kár volna fizessen, másodszor nyolcz annyit, de ha harmadszorként merőképpen vét, azon kívül hogy 12. forintot ad az Magistratusnak száz pálcza fűtést nyér, és a' kár nagy voltához képest törvényessen ha ki rá keresi, mint lopó, úgy büntetetik: Ezen alkalmatossággal hogy az hol szőlők vannak fel építtessenek, hogy az hegy hasznából kárt ne vallyon az Város rendeltetett Ediktummal, mert a' ki nem építi, attól el-véterik és an-

nak a' ki fel-kéri adatik olly moddal hogy az után levén az örökös az költséget vissza nyeri, hogy az Vértől el, ne idegenítették.

T I T. X.

De renovatione omiffarum Devotionum.

X T I T.

Az el-mulatoit áitatóságok megújításáról.

Circa statum quoq; Cheharum reformationis piarum Consuetudinum tam quoad huiusmodi uti primitus in cera pro Altarium suorum (juxta Jura Civilia tenentur) necessitate desumendorū, quā et anniversariarum ad eadem destinatarum Devotionum renovatio, ut redintegretur, aboleatq; pietas reformetur, è re visum est firmo Statuto de eo etiam providere; Quare et Magistratus hic zelo motus ad Turrim ambigradualem Templi Basilica S. Elisabethae in Festo SS. Trium Regum antiquius solitam Solennitas devotionem restaurandam statuit; Pariter ad Excensia et diversas S. Matris Ecclesiae bono fine ordinatas Processiones et Visitationes locorum haecenus vigente alio Magistratu omittas renovat, et ad maiorem DEI Gloriam promovendam restorationem Cultus quoq; determinat; quo pro Regni Pace, Concordia Principum, S. Matris Ecclesiae Exaltatione, Inimicorum suorum humiliatione, suarum Majestatum, Regni Dominorum faustarum et armorum secundatione, naturarum Christiani nominis hostium, et haeticorum extirpatione, eadem Devotiones Anniversariae redintegrari valeant, ac possint, decernit; ac per expressum stabiliendo à modo imposteriorum confirmat; Cui se (quorum interest) accommodare noverint.

AZ Chéhesek állapottya iránt; hogy az régi viaszban szokot büntetések mint az előtt az ő oltárok szükségére viaszban adattassanak a' Templumba, ezen áitatos szokás-is meg . ujjitator az Város Törvénye szerént, úgy nem ok nélkül az esztendő által bé-vőtt és régi meg . avult áitatosságok gyakorlásáról is statuáltator, hogy az mint a' Cassai Magistratus a' két őszve járó Grádicsa Szent Erőber Nagy Templuma Tornyában lévő három Szent Királyok tisztességére építetett Oltárhoz e' naptól fogvást Esztendőnként való Isteni szolgálatott el-rendelt; úgy az Uj hold vasárnapl processiók és más szent helyek látogatására való Anya-szentegyház áitatosági meg-ujjitattván, kik ez előtt való Magistratustól el-hagyattattak volt, az Istennek nagyobb dicsőiségére, az szent hitnek és Anya-szentegyháznak fel-magasztaltatására, az keresztényen Fejedelmeknek egyetiségére, ő Felsőge Koronás Királyunk szerentséjére s' elő menetelire . az Ország békeisége meg-erősítetése, és az természet szerént való Pogány Elleniségnek és Eretnekségnek ki-irratására s' meg aláztatására, az Városloknak meg-maradása,

fokra, s' minden köz jóknak elő mozdításokra, és az köz
terheknek s' veszedelmeknek el-távoztatására, azon lste-
nes áiratosságok Esztendőnként follyanak ennek utánna,
világossan Edictummal rendeli; kihez azok (; a' kiket il-
let:) magokat alkalmaztatni tartoznak.

AD LECTOREM.

Sunt & Privilegia Civitatis specialia Juri huic Civili pro Cognitione & sui
directione quorum interest junctim vel scorsim addenda, & posthac inferenda
uti sequitur. Quibus interim bene utere, errataque corrige.


A Z O L V A S O H O Z.


VAnnak még több kiváltképpen való szabadságis és privilegiumi a'
Városloknak, a' mellyeknek együt vagy külön ez után, a' kik ol-
vassák magok igazgatására; és a' dolog meg-ismérélére, ez polgári
Törvényhez ki nyomtatattak, a' mint következők:

Azomban ezekkel jól ély olvasó, és az
hibákat igazítsd.el.

V E G E.







TRACTATUS V.
DE
DIVISIONE BONORUM
CIVILIU FUNDAMENTO
IN RE PERMANENTE.
MODIFICATA.



A Z
OSZLASROL,

Melhy

A' RÉGI FUNDAMENTUM A' DOLOG-
BAN MEG-MARADVAN RENDBE
V E T E T E T.

PRÆFATIO.

ELŐL JARÓ BESZED.

Pradecessores nostri in
acqvisitorum seu in-
ventorum Bonorum
Divisione talem obser-
varunt
methodum prout sequitur.



Mi Attyáink az
kereset Jószág-
ák felosztásában
ilyen rendet
tartottak.

MEMBRUM I.
TITULUS I.

ELSŐ RESZ.
I. TITULUS.

Questio.

Concernitne pars Bonorum defunctas
proles viventibus Parentibus
prout veteres fingebant?

Respon-

Kérdés.

Illetli-e az meg-holt gyermekeket valami
Rész a' Jókban szüléjek éltekben a'
mint a' régiek tartották?

a

Felelet.

Resp.

Nulla. Super quo advertenda
dissertatio sequens.

Postquam matrimonio juncti Vir & Fœmella, Bona acqvisiverunt mobilia & immobilia, & è vivis exspirarunt eorum filij & filia vitâ adhuc Parentum superstite, in quos eadem jure Successorio si vixissent condescendissent; Emortuis heredibus Parentes in integra Possessione & adequato Dominio universorum Bonorum permanent.

Ratio est, quia teste etiam Scripturâ: Calam Celi Domino, Terram autem dedit filijs hominum duntaxat viventibus pro æconomia, mortuis verò pro sepulchro, ut revertantur in eum, ex quo creati pulverem, reditq; Jus omne mortuorum per veteres in Divisione pro eis excindi debere putatam in superstites Parentes, adeoq; putativa illa pars Bonorum defunctis atq; in Cælo aut Inferno existentibus personis olim divisa, veritati nõ est consentanea, quod in exemplotaliter demonstratur: v.g. ex fl. 432. duobus mortuis filiis, duobus verò viventibus & Parentibus superstitibus, factâ divisione in quatuor partes dividi nequit summa; sed in tres solum partes, Parentes quippe dua, una Liberos esse decem sine vel unica proles, concernunt; redit enim jus mortuorum filiorum & filiarum in coacqviores Parentes, æqualitq; inter hos Divisio, & non Con-

terminos

Felelet.

SEmmi. Minek utánna öszve házasult Férfi és Asszony ingó és álló jókat keresnek, és fiok leányok az ő éltekben a' kiket a' jók illetnének meg. hálnak, az szülék az jóknak egész birtokában maradnak.

Oka ez: mert az Isten az földet (: a' kinek az Egek Egei lakó helye:) az emberek élő Nemzedéknek s' maradékinak adta birodalma alá, és azon Jus vagy Rész a' jókban az kiket az holtaknak a' régiek hibásson ki osztanak vala, visza szál az Attyákra és Anyyákra, azért a' vélve való holtaknak régen ki osztani szokot porrio ki osztása nints az Igaság kívánsága szerént, az mint példában így mutatatik meg.

Két fial meg-holtanak egy embernek, kinek volt flo 432. forintya az Attyok éltekben, s' két fiok vagy Leányok élni maradtanak. Lásd hat személy volt de nem osztathatik négy részre, hanem csak háromra ha élnének is mind; mert a' két meg-holt fiok része viszsa szállott az szülékre, nem az edgy Test.vér Attyafiakra vagy távul valókra, és el osztatván, az harmad része illeti az két fiakat, az Attyáké 432. forintból, (: 144. forinton kívül:) a' két része, és csak az har-

mad ba

verinos fratres, sorores, proximos aut re- mad rész a' magzatokat illeti, úgy
motos Consanguineos. Tertia etenim mint, flo. 144.
solum pars est Liberos agvâ sorte concernens.

T I T. II.

II. T I T.

Q. Quomodo dividenda Bona acqvisita inter diverſi Thori liberos, poſtquam alterutrâ partium coacqviſitorum è vivis deceſſerit, novoque Connubio mediante iterum proles procreantur, ſi ſuam ratam occaſione mortis parentis aut matris (ne bona commiſceantur) extradanda ſibi aduſerint?

R. **D**icendum. Ex quorata prolium portio, ſit tertiâ in hoc caſu, diſiſionem quidem negari non poſſe, verùm prioris Connubij proliſus eſſi decem ſint vel unica, tertiâ pars extradanda, dua verò partes in ſuperſtitem coacqviſitorem tranſeunt, vitâ durante poſſidenda, ac jus latens ſeu ſucceſſorium in eis diſiſis Bonis ineſt prioris Matrimonij prolium, deſunctâq; utraq; coacqviſitorum perſona ſeu parentibus extinctis, jus coacqviſitiuum parentû repetere valent ab introducâ in eadem Bona perſona, & ex eis acqviſitis per parentem ſuum Bonis, ſecundarij voti hæredes tertiâ ſortem accipient, niſi alicui prolium per parentem quidquam plus & ultra legatum exſtiterit, quod à ſuo pender arbitrio, quæ non avitica, ſed acqviſita & eidem propria dicantur, adeoq; extinctis è vitâ Parentibus, acqviſita per ſuos Parentes præſtendere valent, & præter tertiâ

K. Miként ſzatatnak-e az külömb félle Gyermekek között az kereset jók, ha az kereső Attyák és Anyyák közöttül valamellyik meg-hal? és az élő máſt véſzen, vagy férhez menvén gyermekek léſznek? és az ſzitalyt kévânnayák hogy az jók ſzve ne elegyiteſſenek?

F. **K**ell azt mondanunk. Hogy mivel az maradványok része az harmad rész az jókban, ilyen történetben az ſzitalyt el-nem tagadhatni töllok, hanem az elſő élő gyermekek harmad részének, ha tizen vólnának is vagy egy, ki kell adattarni, ſzálván az két rész kereset jók, az élő kereső félre mig életben marad, de azon két részekben titkos és vérféges következő jussa ben áll, az elſő házafſágbéli maradványoknak, és ha mind az két kereső Attyák Anyyák meghalnak, az bé hozott Afſzonytól vagy Férjtől ha Gyermekei léſznek in. (: mint hogy ha gyermekei nem lenének, egészen ki vehernék Attyok Anyyok részét, kiſtől maſut tractaltatik:) ki kévânhattyák az ő Attyoknak Anyyoknak már ki ſztot javaiból őket illető részeket, mely-


am partem in secundo Connubio introdu-
cta personae prolibus cedentem suas ratas
portiones obtinebunt.

Idem sentiendum etiam tum, dum
prima hac divisio omittitur, & confun-
duntur Bona, differturq; ad extremum,
ac multiplicantur acquisita, deniq; sua
rata à Parentibus suis propriis remansa,
portione frustrari non possunt heredes,
sequiturq; divisio ramum, & funda-
mentum Parentum; ac à quibus Paren-
tibus quae Bona erant acquisita, & quo
tempore, & ad secundarium aut tertia-
rium Connubium translata in duabus ra-
tis, ab eis prolibus abalienari non possunt,
jure quoq; natura Rei annuente; mor-
tuarum verò personarum ut praatta-
ctum est portio nulla; verumredit in
Parentes, & illis extinctis in heredes
legitimè à lumbis eorum progenitos
quoad duas partes; tertia namq; tertia
partis conjuncta cum exposita acquisitio-
rum portione & adinvicem computata
efficit iterum aequalitatem, & ratam
partem secundary Connubij liberis aequa
sorte dividendam & eosdem concernen-
tem. Si d ratio divisionis exigui per suc-
cessionem remonstrationem.

ből-is az bé hozott Afzszony vagy
Férfi gyermeki harmad részt vesz-
nek; hanem ha Attyok Annyok
azon kereset jókból többet Testá-
mentum szerént, mely jó-akarac-
tyokban áll hagynak nékiek; mert
ezen jók nem őstől maradtaknak
mondának, de tulajdonoknak,
mint kereső felekének; azért meg-
halván az ő Attyok Annyok, az
kereset jókban való részeket ki ké-
vánhattyák, és a' harmad részen-
kívül, mely a' bé hozott Afzszony
vagy Férfi gyermeki illeti az ő ré-
szeket meg nyerik és el-vézik.

Azont kell érteni ekkor-is, a'
mídon ezen első osztály el-mul-
vagy el-halad, és őszve zagyváltat-
nak az kereset jók, és az el-halasz-
tatik végre, és sok féle keresmény
jó gyűl egyben, akkor-is az ő At-
tyoktól maradt tulajdon jók részé-
ről, és jussától el-nem esnek, de
követi az osztály az ágat és nem-
zés fundamentumát, ki mellyik
Attyától Annyától való, és melly
Attyák Annyák mitsoda jókat szer-
zettek, és mitsoda időben s' miket
vittek az ő második vagy harma-

dik házasságokkal-el; mellyek két része illeti őket és harmadik
az ujjob házasságbéli maradványok el-nem idegenítethe-
tik tőlök, az Természete-is az dolognak magával hozza, az
meg-hóltaknak semmi részek nints a' mint már-is meg íratott,
de viszá szál az Attyákra, Annyákra, és azokra az ő ágyékibó
valól



való maradványokra; azért ezen harmad rész mellyet el vesz-
nek, és az ujjobban kereset jók két része, kik a' második házas-
ságbéli gyermekeket illetik öszve tévén annyit teszen, mint ha
egy aránt osztóznának az első és második renden lévő Gyermek-
ek, de az osztály rendi így kívánnya meg-mutatásáért.

T I T. III.

Q Quomodo dividenda Bona paterno
& materno acquisita inter coacqui-
sitorum parentum filios & filias?

U *Ni versa Bona mobilia & immo-
bilia in tres partes ratas divi-
denda: Patri una, altera Matri, tertia
Prolibus cedit, & si decem sint vel uni-
ca aut due.*

*Si autem divisione tali celebrata al-
terutra parentum duxerit, aut post mor-
tem Conjugij nupserit iterum, si enixis
prolibus moriatur, nulla facta de Bonis
alteri Coacquisitori Testamentaria dispo-
sitione, sed quod cedit juxta Jus Civile
illud deberet dividi, (ex sua etenim por-
tione tantum acquisita alteri Conjugi aut
proli potest aliquis facere Testamentum,
& non ex portione juris alterius.) di-
cendum. Quod hic vir aut hac uxor
respectu juris prioris acquisitionis, &
quidem ita, si habuerit proles, tertiam
partem accipit, duabus in antelatos ha-
redes redeuntibus, paterna namq. &
materna portio hos quoq. filios & filias
concernit in tertialitate, cum prolibus
praedecclaratis.*

III. TIT.

K. *Miképpen kell osztani az kereső At-
tyák Attyai és Anyjai javait azoknak
maradékai között?*

F. **M**inden álló és ingó kereset
jók három részre osztatnak-
el: Első az Attya második az An-
nya, harmad rész az fiak leányok
része ha tizen vagy ketten hárman
volnának is.

Ha pedig az szülék közöttől va-
lamellyik fél-házasság halála
után meg-házassul vagy férhez mé-
gyen, és nemzvéen viszontag má-
radékokat, meg-hal nem tévén az
kereset jókról Testamentumot, ha-
nem arra hagyván a' mi jut az Vá-
ros Törvénye szerént ez a' kereset
jókban bé hozot férfi vagy aszony,
mert csak a' maga részéből tehet
Testamentumot és nem a' más jús-
sából, csak harmados az ő Férjéről
álló jókban, és akkor-is ha gyer-
meki vagy maradéki lesznek, az a'
harmad rész illeti, két része pedig
az első kereső szülék maradékát
illeti, és azokra szólnak mind At-
tyai s' mind Anyjai jók, a' kiknek Attyokról Anykok-
ról állók, és egy aránt osztóznak ennek maradékival.

Attyai s' mind Anyjai jók, a' kiknek Attyokról Anykok-
ról állók, és egy aránt osztóznak ennek maradékival.

Quæritur? Si cum secundaria Uxore aut Marito acquisivissent huiusmodi Parentes Bona, quomodo dividenda eadem inter eosdem & priores hæredes?

Quod priusquam resolvatur considerandum quod necdum priori Matrimonio stante acquisita & divisa Bona dici possunt avitica, adeoque secundaria aut tertiaria Consortis portio, inherenter, & per consequens ab adverso lege innuente inter filios & filias reservata; habent etenim facultatem legandi & disponendi cui voluerint Viri suis Conjugibus & filiis & contra uxores maritis & liberis, cum propria seu proprietaria dicantur & non avitica. Quod respectu utriusque Conjugum intelligendum, nam & femina suo marito secundario & tertiaro ex similibus acquisitis & propria sua prioris, mariti aut consortis industria inventis, liberam habet disponendi facultatem.

Par ratio fœminarum quoque respectu coacquisitionis suæ si ad secunda vota transeant de prioribus acquisitis Bonis suis, liberam habent Testationem. Adeoque ex similibus acquisitis etiam suam ratam portionem tertiam obtinebunt liberi.

TIT. IV.

Quales obices olim ponebantur in Divisionis modalitate prævaricabantque ratam Divisionem ex ignorantia juris?

R. Dum

K. Ha az második házasságbeli Anyák Annyák ismét jókat keresnek, hogy osztatnak el azok az feni meg-írt maradvékokkal, az kiknek szüleiokről állottak az jók?

Az mellyre minek előtte felelés adatik meg kell gondolni, hogy az első házasságbeliek maradvékinak, az ő szüleiektől kereser jók még sem mondathatnak őstől valóknak, vagy hasonlóképpen az második harmadik házasságbeli nemzetet maradvékokat illető a jóknak; hanem az első házasságbelieknek tulajdon és nem ősi javainak, azért szabadságokban vagyon még ezeknek el-hagyása a' kinek akarják; melly dolog mind a' férfi s' mind az asszony iránt egy aránt érterik, mert az Asszony-is szabad az ő propriumának vagy tulajdonának el testálásával. Es hasonló karban áll Asszonyok keresménye iránt-is ha második vagy harmadik férhez megyen-is, az ő tulajdon javainak a' kinek akarja el-testálásával szabados, és az féle jókból is csak az őket illető harmadik részt veszik el az maradványok.

IV. TIT.

K. Mitsoda akadályok régenten téettek az igaz Osztaly rendiben az Törvény tudatlanságából, és miként hátrák által az igazságot az Osztásnak?

A' mi;

24. *D*um pars mortuis liberis excinditur, adeoque ex integro tertialis tas non extra dabatur contra manifestam juris exigentiam, quod correctum per Magistratum ex fundamento prius allato, quod Deus dederit terram viventibus, & absurda sequela esset, dum per portionem pro defunctis per viuentes excisam, alij viuentes deberent injuriam, damnumque pati manifestum. Contigit etenim saepius, quod abalienentur Bona à sanguine, & jure successorio; si enim senioris viri acqvisitoris filius ducat aliquam, quæ nullas enixa proles, jure tamen mariti sui acqvisitoris Bona apprehenderit, tenetque à mortuis medio tempore acqvisitoribus nubit alteri, jusque possessionarium abalienatur in tertium, quartum, quintumque gradum, à proprietario, & patitur justus, acqvisitorisque mortuis proprietarius Consanguinei partem abalienatam retrahere nesciunt; itaque per remotam condescensionem in alienis manibus in præjudicium verorum successorum manent eadem Bona.

Adeoque ut in recta linea & propagatione Bona ab acqvisitore condescensa maneat, invigilandum est Fisco Civitatis ne hujusmodi transderivatio illegalis usuroboretur, Jusque etiam caducitatis patitur: & à radice removeatur, necessarium porro non est longâ serie & exemplis hujus veritatem indagare, Novit enim Parens enutriens filios & filias,

F. *A* Midon rész a' még holtaknak leányoknak adacot és ki osztatott; és az igaz harmad rész az élőknek, az igaz Törvény kívánsága szerént ki nem adatott. Ez meg jobbittartott az Magistratus által az előb elő hozot fundamentumból, mert az Isten az földet az élőknek és nem az holtaknak adta, és rend-kivül való éktelen dolog következne abból, ha az holtaknak ki osztott rész miat, az élőknek kellene kárt vallani, és Törvényteleniséget szenvedni. Mert történhetnék, hogy az vértől a' kit illet el-idegenednék az Jóság és másra szállana, mért ha edgy vén jót kereső férfi el.vészén edgy személyt, nemzvéen maradékokat és birván az Jóságot, meghalván az jókat kereső Ura, máshoz megyen az Álszony az jókkal, és az jók elidegenednek az ő Ura első Gyermekeitől, harmad negyedik és ötödik Gráditsra, az örökös pedig szenved, ha ezen örökös maradékok is meghalnak és annak attyafiai nehezen vísza vehetik, az vértől elidegenedet jókat vagy Jóságokat; nem is mindenkor tudgyák meg, azért az illy első örököstől megszűnő el-ágazot jók az vér ellen, azon nem véreknél maradnak gyakrabban, az igaz véreknek nagy látható kárával. Azért

*lias, qvantis curis defendat, vesti-
proles; qvaliq. colat difficultate acono-
miam suorum successorum, ut hunc li-
beralis aut honeste Artis capacem red-
dat; aut fundamentum Bonorum suo-
rum immobilium pro eis ponere qveat;
qvibus medianibus postliminio suam
vitam disciplinamq. instituere valeant
posteris; & subsistentiam ea in arte &
parte aut qvastu alijsq. medijs fundare
possint. Curandum igitur in tempore,
ne sudores per decessorum inaniter &
sine fructu, ac solatio heredum & succes-
sorum aut qvos tangeret consanguineo-
rum in alienam transeant potestatem,
& jurisdictionem; & sui heredes &
non alij post vite sua cursum locupleten-
tur. Tractandum igitur de funda-
mento divisionis breviter, relicta abusi-
va & defectuosa antiquorum divisione.*

Azért hogy az egyenes lineábá
és az vérnek származása szerént ha
meg maradtak. é vagy nem az jók
s' nem szállottak. é magtalansággal
az Városra az Város Privilegiumi
szerént az Város Fiscusának vi-
gyázni kell, hogy az osztályban az
ilyen nem vérekre el ágazás erőtt
ne vigyen, és a' Törsoéktől el ne í-
degenedgycnek az jók, és Törvén-
telen szokás bé. vétellel meg ne
erősödgyék ez az vértől el. száрма-
zás, szükségcs pedig hosszú nagy
deductioval. is és példák világosítá-
sával, hogy az igazság meg ol-
talmazassék. Mert tudgyák az
Attyák Annyák fel nevelvén mag-
zatokat, mennyi gondal fáradság-
gal, költségcs éltecsék, ruházzák
tartsák, melly nagy gondal, házi
Gazdaságra, bölcsületes Mesterség.

re, vagy Deáki tudományra alkalmazottnak lenni segítsék, tud-
gyák melly nehezen vehetnek fundamentumot hogy álló örök-
segeket és Jószágokat nékik szerezzenek, a' kikből és a' kik ál-
tal holt s' meg. hült teremcs után maradéki éllyenek, emberse-
get vagy kereskedést tanullynak, miként ez gyarló vilagon.
bölcsületesen el. élhessenek. Idein azért gondott kell viselni
arról, hogy az ő véres veretéki haszonatlan gyümölcstelen, és
vigasztalás nélkül jóvendőben ne maradgynak, és az ő mara-
dékitől mint azoknak jussával való Véreéktől, másnak birodalma
alá ne essenek s' idegenek véle ne gazdagittassanak; azért rövi-
den az osztály fundamentumira térjünk, el. hagyván az régiek
hibás és méltatlan osztályok rendü.

MEMBRUM II.

Divisionis Tractatus, seu Fundamentum Divisionis.

TIT. V.

Quod dum duae ligatae personae per DEI benedictionem acquirunt Bona, haec redes eorum, si altera Conjugum mortua fuerit, donec vixerit superstes impetere non possunt Virum, ita nec Familiam, si non nubat alteri; verum in libero Dominio & potestate eorum manebunt acquisita Bona, & integram cui visum fuerit legandi vel testandi habet superstes facultatem.

Si autem duxerit aut nupserit pars aliqua, filij & filia Divisionem petere & celebrari curare poterunt vitā durante; è parentis aut matris duntaxat emortuae portione suam ratam id est tertiam partem excindi, siue unica proles sit siue plures. Et sic

Quaeritur: Quae sit paterna vel materna portio in acquisitis?

Respondetur: Tertia pars. Quod sic intelligendum: Quod matrimonio junctarum acquirentium personarum una, dum moritur, vivens pars ex mortui portione habet medietatem ut acquirat pars; item in altera medietate dotalesticam, id est tertiam, quae partes simul junctae, facient duas partes integras, tertia itaque erit paterna vel materna portio jure pleno successoris divisionem petentis per Arbitros, si amicaliter non convenient, excindenda.

meg alkhatnak,

MASODIK RESZE.

Az Osztaly Tractatusának Első Fundamentuma az Osztalynak az.

V. TIT.

Hogy a két házasság köteliben lévő személyek Isten áldásából keresvén jókat, és nemzvéni maradványokat, ha az Attyok vagy Annyok meg hal, az mellyik fél meg marad, minden jóknak egész hatalmában marad a mig él, és ha el akarja az kereset jókat Testálni szabad véle, és az ő maradványok arról nem teher.

Ha pedig mást vészen az Férfi vagy az Asszony férhez méggyen, az fiak leányok az ő Attyai vagy Annyai jókban lévő részeket osztaly szerént ki kívánhatták, az az harmad részt ha sokan volnának. Is az kereset jókban?

Kérdés: Mellyik itt az Attyai vagy Annyai Rész?

Igy értesed; az életben meg maradt az meg. holtak részében másodos úgy mint kereső fél; és az más hasonfelében harmados; az az hit része vagyon, az melly része ket ha öszve részi valaki tézen két egész részt, az harmadik rész lé. szen azért az Attyai vagy Annyai rész, a kit az ő successioja szerént tellyessen és egész jussal ki kell adni, a ki osztalyt kíván az Arbitereknek, vagy ha Attyafiságossan.

b

TIT. VI.

TIT. VI.

Q. Quomodo dividenda portio dotalistica seu ex jure paterno seu materno apprehensa, si vir ducat personam hanc portionem excisam habentem inter posteros? Et è cōtra si introducatur in talem portionem puella vel foemina inter eorum successores?

R. *Respectu cuius considerandum, quod & vir, ducens cum tali paterna & materna portione famellam, & puella introducta, in integra poss. sione partis dotalistica manent, neq. sub. sunt divisioni talia Bona cum successoribus prioris matrimonij vitā durante, si autem extingvatur introducens vel introducta in talem portionem persona moriatur, filij & filia utriusq. propag. nis aequali sorte in rata celebrare va. lent divisionem eatenus, ceditq. pariter ex materna & paterna dotalistica portione eisdem, sive ex priori sive posteriori marito aut uxore progeniti sint ydem posteri. Ratio est, quia eadem portio dotalistica seu paterna & materna, traxit originem per eorundem successorum patrem aut matrem, & ab ijs apprehensa, à qua esse habent, condescendit enim talis portio à pari patre & matre viventium*

TIT. VII.

Q. Quid si vir apprehendens cum conforte portionem talem dotalisticam moriatur, successor quotam respectu sui parentis apprehendet portionem, & è Contra, mulier in talem introducta si expirat, quotam ejusdem successor?

VI. TIT.

K. *Miképpen kell el-osztani az Attyai vagy Anyyai hit részből álló portiot, vagy jót az maradékok között ha Embert olyat véssen a' kinek ki adott hit része volt, vagy ha olyanhoz megyen férhez?*

E. *Ez iránt meg kel jól fontolni, hogy a' ki ki adott hit részt bíró személt véssen, vagy olyanhoz megyen férhez, addig mig élnek az ilyen Részt bíró személyek osztásra nem megyen az, hanem egész birodalmában maradnak, ha pedig meg. hal az ilyen hit részben hozott fél, mind a' két rendbéli maradékok egy aránt osztotznak véle, akár az első akár az második rendbéli házasságból születtek legyenek is azok; oka ez, mert azon Attyai vagy Anyyai hit részből álló jók, az ő eredeteket vőtték azon Attyáktól és Anyáktól a' kik által nemzettek mind a' két vagy három rendbéli élő maradékok.*

(posterorum.)

VII. TIT.

K. *Hát ha meg. hal az hit részt feleségé, vel bíró fér. fi, hanyadik rész illeti abból maradékot, ugy è Contra ha az Aszszony meg. hali hanyadik?*

R. *Quod*

R. *Quod cum jam talis portio dicatur
vitica & non acquisita, respectu
successorum; sextam habebit, haeres
verò à cujus predecessoris erat excisa
ista dotalistica, alias quinque partes ap-
prehendet, ex tali verò sextalitate ter-
tialitas vicissim excindi debet, & sic
cum priori remanente parte conjungi
& inter omnes successores aequaliter
dividi.*

*Si autem vir ante divisionem factam
moreretur, aut conjux, tum extincta
persona sextalitas excisa filijs & poste-
ris, ante aliorum Bonorum divisionem
extradanda venit, ex hac sextalitate
tertialitas residuis Bonis addi & sic a-
qualiter dividi.*

hoz tenni, és ugy egy aránt a' maradékok osztóznak véle.

*Quod & de divisis & indivisis Bo-
nis intelligendum, siquidem si divisa
non fuerint Bona, ex quibus tempore
conjugij integra dotalistica, id est, tertia
cedebat, post longum temporis quoque
tractum, cum debebit Divisio celebra-
ri, idem debet sequi.*

az osztály leszén, ugyan ezt kell el követni a' mit kellett
volna idein.

*Apparet ergò hic, qualiter dota-
listica portio respectu introducti viri,
vel femina dicatur avitica, & haer-
des ob manutentionem ejusmodi portio-
num, vigore hujus evocare non possunt
possidentes vitá eorum durante. Ra-
tio est:*

F. Mint hogý az hic rész öszi jó-
nak mondatik és nem ke-
reset jónak, azon Férfi vagy Afz-
szony az ő maradékra nézve ha-
tados leszén abban a' melly mara-
dékokra Attyáról vagy Annyáról
szállanak, Es ezen hatod részből
harmad rész ísmég ki vétetik, és
az előbbi osztót részhez tétetik, s'
ugy osztán az maradékok között
egy aránt osztol-el.

Ha pedig az férfi az hatod rész-
nek ki osztása és el-vétele előtt hal-
meg, vagy az ilyen hatodos Afz-
szony, tehát a' mikor az osztásra
jutnak, előb ki kell ezt az hatod
részt állítani, és abból az harmad
részt ki szakasztani s' az több jók.

Az melly az el-osztót s' el-nem
osztót jókrol-is értetik: mivel ha
fel osztattak nem voltak az jók az
mellyekből hic rész harmad rész
illette az ilyen házassók között az
mellyik élni maradot; az üdőnek
hosszú vontatása után-is az mikor

Meg.láczik azért itt miképpen
az hic részben hozot személynek,
akár az férfi, akár afzszony legyen
az a' hic rész öszi jóvának monda-
tik, és az maradékok el-osztására
az ilyen portionak azokat, a' kik
bírnák

*tio est: quia propago, & origo harum
portionum à suis Antecessoribus facta
est, contra quas Majores pugnare ne-
jās.*

birják nem kényszerithetik életkben
az ilyen hit részben hozot szemé-
lyeket, oka az mert eredetes nem-
ről nemre szállása, az ilyen hit
résznek az ő Elejektől lőtt, az mellyek ellen az maradé-
koknak tusakodni nem szabad.

T I T. VIII.

Q. Quali in casu habent Jushæredes, seu
Bonorum legitimi successores suos
Majores ad jus trahendi & evocandi,
propter remansa eorundem Bona?

R. *In his casibus juxta Jura Civilia
uti sequi-
tur:*

*Notandum primò. Dum moritur
introducitur vel introducta in Bona,
hæredes quâ suam hæreditatem ab eis
pretendere valent, & non obstante eo,
quod vir non duxerit aliam, aut fa-
mina non nupserit, verum nomen ma-
riti gerat, ex principio originis seu ac-
quisitionis Bonorum, quod Majores hæ-
redum acquisiverint, aut in eos ab e-
orum Majoribus descenderint, evocare
valent, præsertim si Divisio inter Præ-
decessores suos seu Majores non inter-
cessit, aut dum vitricus aut noverca est
in Bonis sine liberis possessis, eaq; ducta
progerminet non ejusdem linea, sed
procul hinc liberos ejici possunt; quia
eos jam non concernunt, nec quidem in
32. litate, adeoq; redit jus Bonorum
in Aviticorum seu Majorum successores
legitimos.*

VIII. TIT.

K. *Hát mitsoda okból - van hatalma az
maradékoknak az ő Elejeket Törvény-
ben fogni, az el-maradtjok iránt.*

F. *Illyen okokból lehet fel szolli-
tani az Város Törvénye sze-
rént őket.*

*Jegyezd meg elsőben. A' mi-
dön meghal az jókban bé vitt sze-
mély közül valamellyik, az mara-
dékok úgy mint az ő saját öröksé-
geknek ki osztását ki kívánhatták,
ha az férfi másod házasságban nem
lépik is, vagy ha az bé vit aszony
férhez nem megyen is, és ha az
Ura nevével viseli is, abból az funda-
mentumból, mert az maradékok
Elejéről vörtek azon jók eredetét,
főképpen ha az ő Elejek között
osztály nem volt, avagy akkor is
ha a' mostoha magtalanul vagyon
az ollyan jókban, és ha az illyen
személyt el-vévén más, magzato-
kat nemz, nem lévén azok azon
lineára néző jók, és az illyen mosto-
hák kiis vettethetnek efféle jók-
ból, mert őket már nem illetik har-
mincz*

mincz kettődik rész szeréntis, azért mert vizzá szálnak az Jók az régi ősfőktől származot igaz maradékokra.

Notandum secundum. Tandem ha-

bit jus heredes Divisionem petendi, quando vitricus vel noverca est in Bonis, quod Divisio v. g. fl. 27. ostendit, Tertia namq. pars dotalistica cedit feminae, siquidem in Dominio acqvisitorum erat hac introducta hereditibus flor. 18. remanentibus, & hac portio dotalistica ejusdem propria dicitur, si ergo in hanc portionem fl. 9. introducitur femina virum, viri portio erunt fl. 3. id est, Tertialitas, femina verò fl. 6. Quare hac restans summa florenorum sex, redundabit finitimè in hereditarios successores, extincta personâ introductâ, & quotquot erunt heredes, ex hac summa rata eisdem cedit portio, quia paterna dicitur.

maradékokra, és ha azon Aszony meg. hal valahány maradékok lésznek, azzal edgy aránt osztóznak, mert Attyai Jónak mondatik.

Si autem obtentâ portione suâ dotalistica flor. 3. iterum femina nubat, aut ducat vir. Ex florenis 3. habiturus vir tertiam partem, pariter & femina, duâq. redundabunt in Aviticos seu heredes Bonorum acqvisitorum posteros, & sic consequenter, ita ut demum pro divisione nil vel parum maneat, quod jus minimum antiqui jus mortuum seu 27. partem reputarunt.

Jegyezd-meg másodszor. Hogy akkor kívánhatnak osztalyt az örökös fiak leányok az mostohák maradékival, a' midőn meg. halván az örökösi mostoha Attya', vagy Anyya van az jószágban: Az osztalyban itten példaul tévén fl. 27. mellynek harmad része az bé. vit Aszszonyt illeti, ugy mint flo. 9. mivel az jóknak melyben bé vitett volt birodalmában volt, az maradékoknak két rész, ugy mint fl. 18. marad: ez a' hár rész az Aszszonynak tulajdonának mondatik, ha azért az férfi ezen kilencz forintban bé hozatik az Aszszonytól, az férfiat csak harmad része illeti, ugy mint három forint, mert az hat forintya vissza. szál az örökös

Ha pediglen birván ezt a' három forintos hitbéli részt az férfi mást véssen, vagy az aszony férhez megyen, ismét abban harmados, lészzen azon sz. mély, és a' két rész vissza szál az ősi maradványokra és így továbbis &c. ugy hogy végre osztalyra azon fundamentumból, kevés jó avagy semmi sem marad de el. oszték: ezt hívák a' just az

**régiék meg holt résznek avagy húszon heted Bordából vá-
lonak.**

Notandum tertio. *Quodsi vir habens domum Bonas, mobilia & im- mobilia, duxerit Virginem vel Vidu- am nullas habens proles, plenq, in Do- minio est suorum Bonorum, habuit ta- men & Mulier ponamus florenos 300. à marito levatos, conservatis verò pri- us possessis bonis vir, erogavit pecuniam, sed in pluribus Bonis quam equivale- rent reliquit eam, & ditavit, damnum verò nullum intulit. Eidem unam so- lum filiam enixa moritur, interim mortuo viro cum suis omnibus nupsit al- teri, & procreavit filios & filias, sicq, & mulier exspiravit, successit verò in o- mnifacultate Domus prioris mariti, vi- veis &c. introductus secundarius ma- ritus & ultra, moriua hac, ducet ali- am, à qua iterum procreantur liberi; mortuo viro prioris mariti heres ad qvā fl 300. spectabant, extraheret, dicetq, meum est optimum jus & here- ditarium, me ex integro concernunt fl. 300. neq, reliquarum mulierum pro- les participare potuisse pretendet, ex qvibus novissimus vir sextam habebat partem, reliqui verò, posterioris ma- riti successores filij & filia (in qvibus solum hos fl. 300. secum in matrimonio adductis proles avitici juris nomina- tur, & non aliorum virorum & fami- liarum successores,) ex sexta parte Ter-*

tiam

Jegyezd meg harmadszor, hogy ha valamely Férfi, semmi gyerme- ke nem lévén, el.vészen Afzonyt vagy leánt, maga uraságában lévén a' maga házának s' ingó s' ingat- lan javainak, és azon afzony vité magával valamelly Summa pénz- t, úgy mint flo. 300. Kezében adván Urának és ő el.költötte de több jók- ban hadta és gazdagította az fele- ségét s' kárt nem tévén meg. hal, az után pedig férhez megyen ez az Afzszony, és mind ezen jókban bé-hozza Urát, a' kitől születnek gyermeki, és ezen Afzony-is meg- hal, s' ez a' második Ura minden jókban marad, úgy mint az fele- sége első Ura házában, szölleiben &c. és egyéb javaiban, és marad egy Leány s' az második felesége is meg hal, s' az után ismét vélsen mást, a' kitől-is gyermeki lesznek, és ez az férfi is meg. halván, az ő előbbi felesége maradéka az Leány a' kinek az Anyját illette az három száz forint, az ő részét ki adatni kívánnya, azt mondván; az máso- dik és harmadik házasságbéli ma- radékát, a' mellyeknek Attyok csak hatodos volt nem illeti, add ki e- gészzen az enyimet, mert ősidmől maradt nékem, ezen állapotban csak

